vt amans.iz.metaphysice.textu ⁊ commen.36.ergo non mouet effectiue.pz consequentia.qz efficiens mouet:vt amans id qd efficit: vel ꝓpter quod efficit. ¶ Quarto.iz. metaphysice.cōmento.36.intellectus maius bonuz ipso appetit.⁊ cōmento.55.oē quod mouet: ꝓpter aliquid mouet.⁊ id ꝓpter quod mouet est magis bonū ꝙ̄ id bonum mouens.⁊ Cōmentator in libro de substātia orbis.Cū cōsiderauit Aristo.in virtutib' appetitiuis mouētibus corpora celestia:vidit eas mouere propter aliquid nobilius se.ergo intellect' primi mouētis appetit maius se. ¶ Ad primū.per optimū intelligit Cōmentator genus intelligentiarum.ideo ibi cōmen.63.Hec autem non indigent actione qua sint nobilia. quoniam propter talia entia fit omnis operatio.ideo ibi cōmēto.66.Ordo primus entiū que cōprehendunt nobilitatē perfectā ⁊ sine operatione diuersantur s̄m magis ⁊ minus:⁊ hec sunt entia abstracta:⁊ per actionē intelligit motū localē quo intelligentie moueantur.qz ibi cōmen.66.terraz dixit esse sine operatione:qz quiescit.ideo sicut auctoritas non concludit nullā intelligentiā mouere:ita non concludit aliquā nō mouere:sed bene concludit aliquaz non:imo nullā mouere. ¶ Ad secundū.vna virtus non est alia secunduz esse.sed bene subiecto.[a] hoc dictum fit ad Cōmentatorez.iz.metaphysice.cōmento.41.sed in orbe erratico distinguuntur re. ¶ Ad tertiū.negatur consequentia.qz mouens vt amans est mouens quod in mouendo mouetur: primuz autez non mouetur.iz.metaphysice.tex.⁊ cōmento.43. mouet autē primū vt amatū.i.mouet nō motū.⁊ per primū intelligit.non tantū deū.sed omnes motores orbiuz. Si igitur ratio valeret:concluderet nullam intelligentiā mouere effectiue. ¶ Ad quartū.negatur consequentia. Tum qz antecedens est indefinita:⁊ verificatur pro intelligentijs alijs a prima:intelligendo per ly ipso.s.intellectu mouēte.Tum qz per ly ipso.intelligitur corpore moto.sed non oportet intellectū appetere nobilius mouente: vt patet.iz.metaphysice.cōmento.30 licet animal appetendo suā formā appetat aliquid nobilius se. ¶ Sed intelligendo de prima intelligentia vt sonat littera.cōmento.55. ¶ Respondeo:quando plura predicata vni intelligentie attribuuntur:possibile est ꝙ vnum illoꝝ maior nobilitas consequatur ꝙ̄ alterū:s̄m Cōmenta.tertio methaphysice.cōmento tertio. Sed dei essentia triplex est causa:qz intelligentiarum est finis:celi est forma:motus est efficiens. Ratio autē finis nobilior est ratione efficientis:qz rationē efficientis consequitur appetere appetitu naturali vel animal. Rationez autē finis appeti.ideo appetitum est nobilius ratione appetente: sed non semper re:cum aliquando sit eadem res: sicut in proposito: qz eādem substantiam: vt intelligentia separata: consequitur esse finē.Et qz non oportet ex augmento finis variari velocitatē in motu.ideo octauo physicoꝝ cōmento.79.intelligentie vocantur:non finite vel infinite: ⁊ sic non comparantur:sed intelligentiaz:vt est anima: consequitur esse efficiens:qz finis nō mouet nisi mediante efficiente:ideo efficiens respectu finis dicit' appropriatū. Et qz mouens est in actu:qd dixit philosophus finitū in virtute:⁊ naturaliter mouens:⁊ motū est in potentia: secundo celi.cōmento.63.ideo cōtrariū est mouens moto.ideo finita est proportio mouentis ad motū.ideo finite velox motus a mouēte prouenit.ideo perfectiones mouentiuz secundū proportionē velocitatū ab eis prouenientiū sunt proportionabiles.iz.methaphysice.cōmen.36.⁊.41.⁊ secundo celi.cōmento.39.Et qz augmentū potentie naturaliter mouētis ceteris nō variatis ꝯsequit' motus intēsior.ideo intelligentia finite velocitati cōperata est actiua.ideo s̄m ꝙ sunt actiue inuicē cōparantur. ¶ Ex quo patet ꝙ diuersitas rationis terminoꝝ:quāuis illi nulla diuersitas ex parte rei correspondeat:fictionē tollit:⁊ sinonimitatem terminoꝝ. ¶ Patet secundo ꝙ hec predicata diuersis medijs inuestigantur.iz.metaphysice.conmento.39.ideo potest esse ꝙ scito vno predicatoꝝ conuenientiū vni:non sciatur alterū.8.enim physico.demōstratur ex primo motu primū mouens esse. Non autē primū intelligens:aut primā formā esse:aut primū finē:vt dixit Cōmentator septimo physicoꝝ cōmēto nono. ¶ Patet tertio ꝙ ista predicatoꝝ diuersitas aliquando sufficit ꝓ diuersitate scientiaꝝ de eodē.vnde in prologo p̄mi physicoꝝ ⁊.4.metaphysice.cōmento septimo.⁊ pluries alibi.naturalis nō considerat de ente primo:⁊ tamen considerat primū motorē. ¶ Ex his patet:quare secundo de aīa cōmento.zz.habetur ꝙ intellectus est abstract':s̄m ꝙ est non anima:qz rationem anime consequitur potius appropriatio ꝙ̄ abstractio. ¶ Patet secundo:quare dicitur.iz.metha.cōmento.36.aīa celi que est desideriū non est abstracta.qz intelligentiā appropriatā ad mouenduz vocamus desideriū: licet non tollat appetitus ibi indeterminationē operātis.sicut in nobis. ¶ Patet tertio ꝙ aīa ⁊ prima forma sunt ꝓpinqua:qz nō obstāte distinctione rōnis:sunt idē in re. ¶ Patet q̄rto.quare enumerādo principia substantie.iz.metaphysice.cōmento.z5.dixit duo.s.aīaz ⁊ corpus:qz sunt due res.[b] aut itellect' desideriū ⁊ corpus:qz sunt tria rōne distincta. ¶ Patet quinto. quare itelligētia aliquādo dicit' mediate mouēs: qz finis est:aliquādo vero imediate:qz efficiēs est. ¶ Patet sexto.quare octauo methaphysice cōmēto vltimo.dixit Cōmenta.intelligentiā abstractā esse attributū corpori celesti.s̄m ꝙ aīa attribuitur corpori.qz intelligentia est eadē re ꝙ anima.ideo ibi celū est subiectū simplex forme abstracte. ¶ Patet septimo:quare virtus: que est in materia celesti:est similis forme naturali ⁊ abstracte:s̄m ꝙ dixit Cōmentator.secundo celi.cōmento.3.qz ratio anime est media inter rationem forme abstracte: ⁊ rationē forme oīno materialis. ¶ Patet vltimo:ꝙ philosophus in hoc quesito nō recedit a veritate sed bene in circūstātia: qz dictū est de mente eius:ꝙ deus est motor imediate:⁊ appropriate mouens celū:⁊ ꝙ nulla alia intelligentia ab ipso mouet primū celū.sed hoc nō est veꝝ ⁊c̄.

TErtium dubium, Utrum deus libere moueat celum. Respondeo per duo dicta. Primum:sententia philosophi est ꝙ non. Secunduz.predicta opinio non est vera. Primum declaratur suppositis duobus. Primum. deus mouet:intelligo effectiue:per naturam:per intellectum:per artem:⁊ per voluntatez:ad hūc sensum:qz mouetur per seipsum: ⁊ per essentiam suam: que est natura:intellectus:ars:⁊ voluntas: non pono in primo motore potentiam executiuam ex natura rei distinctam ab intellectu aut voluntate. Secundum suppositum sensus questionis est:non iste:deus mouet propter se primo.neq3 iste. deus mouet per voluntatem que est libertas:qui sunt veri.neq3 iste falsus: deus habet principium intrinsecum: quo sponte mouet: sed iste.deus mouet celum: ⁊ potest non mouere celum. Si enim ꝙ deus moueat libere ⁊ necessario concederes: non esset contentio nisi ad nomen. Huius autem copulatiue.[c] prima pars patet ex dubio precedenti. Secunda vero tripliciter probatur. ¶ Primo. omne quod mouetur per principium:quod est in eo:mouetur per naturā.octauo physicoꝝ.tex.cōmē.27.itelligo in subiecto maioris:p

[a] ¶ Quare efficiēs nō ē finis s̄m esse.s. ratiōe sed subiecto ē idē.i.re.

[b] ¶ Impropriie tamen.

[c] ¶ Que exponit dicta p̄mis.s. mouet ⁊ ā se nō mouere.

se:primo:ꝛ nō secundū accidēs:ꝛ tūc pꝫ ꝓpositio ex diffinitione nature:scḋo physicoꝝ.tex.cōmēti.3.Sꝫ celū mouet᷑ per pn^m ꝛc̄.vt vult Cōmenta.Ax.declarasse in principio septimi physicoꝝ ꝛc̄.¶ Scḋo mouet ṗmū: supple corpus:p naturā.3.celi.cōmento.20.ḡ mouet᷑ p^m corpus nāliter:ḡ motor:qui est deus:mouet nāliter.¶ Tertio.si sic:ꝯn̄a Cōmēta.facta in ṗncipio quolibetti hui⁹ nō valeret.i.si est infinitus:mouet in instāti.¶ Quarto:signū ꝙ deus mouet nāliter:est motus cordis in homine.

Secundo ṗncipaliter:si ṗmū pōt nō mouere:pōt esse ꝙ q̄ölibet istoꝝ inferioꝝ quiescat:aut nō sit.¶ Scḋo.si pōt ṗmū nō mouere:pōt ṗmū nō regulariter mouere.ꝯn̄s est ꝯtra te.cōmē.35.scḋi celi.¶ Tertio. si pōt primū non mouere:pōt motus celi nō esse eternus:cuius oppositū habet᷑.8.phy.¶ Quarto.si pole est corpora celestia quiescere: necesse eēt: vt eēnt partes alterius mundi:octauo physicoꝝ.cōmento.9.

Tertio ṗncipaliter.Necesse est gn̄ationē eē.2.celi.cōmēto.21.ꝛ ṗmo de gn̄atione.tex.ꝛ cōmē.16.ꝛ scḋo de generatione.textu.56.ḡ necesse est motū celi esse.pꝫ ꝯn̄a.ṗmo methaphysice.cōmēto.21.¶ Scḋo.nō est possibile vt motus celi sit alterius modi:q̄nto metha.cōmē.8.ergo nō pōt eē ꝙ ṗmū nō moueat.¶ Tertio.necessitas est in celo in modo recipiēdi:in motore v̓o in modo agēdi.8.physi.cōmen.83.itelligēdo nō de necessitate coactiōis:q: in ea motor est extrinsecus. tertio ethycoꝝ. ꝛ supior est eo cui imponit᷑ necessitas:sꝫ necessitate: qua effectus cōnaturalis est inseparabilis a cā:ꝺm enim Cōmen.in libro de suba orbis:motus circularis nāliter ꝛ ꝓprie sequit᷑ aīam.¶ Et q: ex dictis sequit᷑ deū eē:nō motorē nālez:eo modo quo sumit᷑ ab Aristo.scḋo physi.tex.cōmen.73.pro hn̄te in se principiū quo mouet: licet aīal celeste sic sit nālis motor:vt scḋo physicoꝝ cōmēto ṗmo. Celū.n.hꝫ naturā.ṗmo methaphysice.cōmē.22.sꝫ naturā mouentē:ꝛ sic esse cōprehēsuꝫ sub diffinitione nāe.Dici posset hec stare simul:ꝙ deus sit nāl mouēs:ꝛ ꝙ possit nō mouere.Cōtra.aut dicit᷑ posse nō mouere ex parte mouentis:aut moti:aut circūstantie. Si primū:tunc p̄ntato agenti ipso mobili in dispositione qua moueri pōt: nullo extrinseco ipediēte:posset mouens sua volūtate nō mouere. Si scḋm.posset mobile esse tante virtutis aut maioris in resistēdo.q̄ꝫ sit mouēs in mouēdo. Si tertiū.posset motū tn̄ distare a mouēte:ꝙ virtus mouētis nō attingeret motū:aut presente mobili agenti:posset adesse extrinsecū ipediēs motionē motoris in mobili. Hec diuisio ponit᷑ sufficiens a Cōmenta.in libro peryhermenias. Sꝫ neutrū istoꝝ impedit in ꝓposito. Nō tertiū.cōtinci᷑.n.ex vnione nāli dei ad celū:aut īmensitate dei:aut fortitudine ad agendū:aut nō mobilitate celi motu recto:aut eternitate eius:nō posse celū exire pariferiā virtutis motoris. Non scḋꝫ.q: nō hꝫ celū ex se.vn̄ superet:aut equet virtutē dei motoris.neq: ab alio pōt recipere:siue illud aliud sit de⁹. siue nō. Nō eniꝫ pōt minus deo facere virtutē equalē in resistēdo virtuti actiue dei.neq: pōt deus facere ꝙ aliq̄d extra se sit ita potēs ad resistēdū: sicut ipse est potens ad mouēdū:q: si sic.posset deus se facere ꝙ pro aliquo instāti cū circūstātijs datis nō posset aliq̄d ꝓducere. neq: pōt celū apud phm̄ nō esse ꝛc̄. Neq: ṗmū.q: scḋo celi.cōmē.37.Nō est possibile vt motus in corporib⁹ celestibus sit mutatus.nisi esset pole vt haberet intelligētia imaginationes aliq̄ñ in actu.aliq̄ñ in potentia.hec ꝓpositio equalet vni cōditionali.cuius antecedens est de mēte philosophoꝝ.Scḋo.q: rō originalis libertatis ꝯtingentie ex cōpositione est vel diuisione itellectus discursiua.q: intellectus pōt indifferenter affirmatiuā vel negatiuā cōcludere:ꝛ ꝯiter ad vtrāq: partē possibilis est assensus. sꝫ ab itelligētijs negat᷑ discursus:ꝛ etiā cōpositio:tertio de aīa.cōmēto.27.ꝓpter hec dixit Cōmenta.12.metha.cōmento.30. Necesse est vt motus eternus habeat motorē: qui est actio pura sine aliq̄ potētia.i.qui in nulla hora sit motor in potētia distāte ab actu:tā ad motū:q̄ꝫ ad gradū motus.¶ Ex his sequit᷑ ꝙ nō solū ṗma intelligētia:imo oīs alia intelligētia mouēs celū:nāliter mouet ipsuꝫ.sic ꝙ si cognosceret motū:quē agunt:cognosceret opationē: que eēt eis sine violētia labore:molestia:ꝛ fastidio.sꝫ delectabilis:ꝛ suauis.¶ Secundo.sequit᷑ nullā esse in rebus libertatis ꝯtingentiā:ad quas nō ꝯcurrit homo ꝛc̄.

Contra phm̄ quatuor vijs argui᷑. Prima est via actionis.Deus ꝯtra nām terre tenet eā discoopertā aquis:ꝓpter salutē aliquoꝝ aīaliuꝫ.ḡ libere ꝛ ꝯtingenter agit.pꝫ ꝯn̄a:q: agens nāle est agens scḋm ꝙ effectus aptus natus est fieri:si nihil impediat.scḋo physicoꝝ.textu ꝛ cōmēto.78.ꝛ si nō agit effectū:vt est aptus natus fieri nāliter:nō agit nāliter.¶ Scḋo.deus ꝓhibꝫ ꝙ aq̄ coopiat terrā:qḋ est nāle aque.¶ Tertio.ꝑpetuat violentiā.i.aerē imediari terre.¶ Quarto.in passo vniformi saluat difformitatē.q: vnā ptē terre coopertā aq̄s: aliā v̓o nō.¶ Ad ṗmū.ꝑtermitto distinctionē de terra.i.elemētari:ꝛ admixta.ꝛ nego ꝯn̄aꝫ:q: stat ꝙ a nāliter agēte ꝓueniat effectus preternaturalis:vel violentus passo: neq: ratio ibi inducta eā ꝓbat.Et sic pꝫ ad alia.

Secunda est via potētie.deus pōt mouere elemētū terre recte aut circulariter:ꝛ nō mouet ꝛc̄.maior pꝫ:q: aliquo illoꝝ motuū pōt mouere ptē.ḡ ꝛ totā.pꝫ ꝯn̄a ex homogeneitate.¶ Scḋo.pōt firmare celū ꝛc̄.q: huic parti celi non repugnat ꝙ centrū eius sit cenith ꝑ instāti.ḡ neq: pro tpe.¶ Tertio.pōt mouere celū ad sinistrā ꝑ post ꝛc̄.pꝫ ꝯn̄a:ꝛ ꝓbat᷑ aīs:q: eiusdeꝫ rōnis est mouere ꝑ post:ꝛ ꝑ ante.pꝫ ꝯn̄a:q: duoꝝ eiusdē rōnis:si vnū non repugnat deo:aut celo.neq: alteꝝ. Si dicas illos mot⁹ eē oppositos.Contra.sunt ad terminū eiusdē rōnis.i.ad vbi:vel situ. Iteꝫ ꝙ vnū oppositoꝝ insit:ꝛ nō alteꝝ:ex libertate est.¶ Quarto pōt eque velociter mouere vnum celū sicut ꝛ aliud ꝛc̄.q: subta eiusdē rōnis sunt apta recipere formā ad quēcūq: gradū.sexto.n.physicoꝝ. tex.ꝛ cōmēto.15.oē qḋ mouet᷑ ꝯuenit velocius moueri ꝛ tardius:ꝛ si celi sint alteri⁹ rōnis:fiat rō de partib⁹ ꝓpingS polo:ꝛ remotis.¶ Quinto.de⁹ pōt velle prauā:ꝛ nō vult.ḡ ꝛc̄.pꝫ maior.quarto topi.capi.xi.¶ Ad primū. negat phs assumptū.vn̄ Cōmenta.in libro de suba orbis. capite vltimo.gēs in terra ꝯtingit necessario vt sit fortior v̓tute celi:qua mouet᷑:vt declaratū est in libro de motib⁹:ꝛ testat᷑ Cōmen.scḋo celi.cōmē.17.ad ꝓbationē:negat cōsequentiā:q: cū nō possit elementū terre ꝓduci:neq: conseruari extra suū locū nālē:ꝛ debeat moueri in suū locū. oꝫ ipsuꝫ fuisse violenter motū.ꝛ q: maioris resistentie respectu trahentiū extra locū nālē est pars terre maior q̄ꝫ minor ceteris parib⁹:stat reperibilē esse virtutē dn̄atiuā supra resistentiā.a.partis vel.b.ꝛ nō esse reperibilē virtutē dominatiuā supra resistentiā totius:nō pōt igitur esse ꝙ elementū terre moueat᷑ localiter:secundo celi. textu ꝛ cōmento.18.q̄uis pars eius possit moueri.Et dictū ṗmo celi.textu cōmenti.19.in idem fertur tota terra secunduꝫ naturā ꝛ paruus bolus:intelligitur cōditionaliter: si terra esset extra locū suum.ꝺm expositionem Cōmentatoris ibi.¶ Ad secundum.negat philosophus assumptum. Ad ꝓbationem negat consequentiā.vnde.12.methaphysice.cōmento.41.auctoritate Aristo.ṗmo methaphysice textu cōmenti.17. Nō est timendū celuꝫ quiescere:ꝛ incidentaliter.septimo physicoꝝ cōmento scḋo:impole est

partẽ celi gescere. ¶ Ad tertiũ.negat phs assumptũ. Ad pbationẽ negat 9ñam.qz in eternis posse est necessariũ. scdo celi.cõmẽto.34.ꝛ tertio physicoꝝ.textu cõmẽti.32. ꝛ textu cõmẽti.75.arguẽdo.ꝛ a Cõmentatore assertiue.ꝛ scdo physicoꝝ cõmento.74.ex agente sequitur actũ necessario in reb⁹ eternis. Unñ Cõmẽtator in libro peryhermenias. Possibile inuentũ in rebus imobilib⁹ sequitur necessariũ. Ad primã 9firmationẽ:negat 9ña:sunt ad eũdẽ terminũ.g̃ sunt eiusdẽ rõnis.qz ad identitatẽ motus nõ sufficit identitas termini:licet requiratur.qnto physicoꝝ. textu cõmẽti.34.ꝛ.35.ptrãseo nũc difficultatẽ aitis. Ad scdam rñdet Cõmẽtator.8.methaphysice.cõmẽto.14. Sub3:cũ fuerit vnũ3 9riũ in actu:sit alteꝝ in po^a:nõ est veꝝ:nisi in veris 9rijs:ꝛ sic cõditionalis 9firmationis[a] negat:qz secũdo celi cõmẽ.34.melius duoꝝ possibiliũ in eternis est necessariũ.ꝛ regula secundi topicoꝝ est limitata.s.altero 9rioꝝ nõ potẽte inesse subo:destruit pblema. ¶ Ad q̃rtũ:negat assumptũ:cũ pbatione. Ad Aristo.dicit Cõmentator.ibi.licet impossibile sit celũ moueri velocius:tñ hec impossibilitas nõ sequitur rõnẽ formalẽ motus. Unñ scdo celi cõmento.71.nõ põt corpus celeste moueri tardius neqz velocius. ¶ Ad quintũ loquitur Aristo.exẽplariter:intelligẽdo per deũ:deũ terrestrẽ:ad modũ loquẽdi Socratis:qz posse velle praua nõ est potẽtia:sz defectus potẽtie:ꝛ ipotẽtia.ideo nõ 9uenit altissimo. Distinctio aũt inter velle praue:ꝛ velle praua:nõ est ad ppositũ phi ibi:vt p3.

Tertia est via mobilis. Bootes aut polus articus nobis bononiẽsib⁹ nõ occidit aut occultat. g̃ q̃libet alia stella vel alius polus apta est Bononiẽsib⁹ nõ occidere vel nõ occultari.p3 9ña.qz sunt eiusdẽ rõnis. ¶ Scdo.sol pus pducit vnu3 radiũ q̃z aliũ:ꝛ nõ est maior rõ q̃re vnus pducat pus altero.igit determinatio est a diuina volũtate. ¶ Tertio.partes solis aliter ordinabiles sunt:qz inter eas nõ est ordo eẽntialis ꝛc̃. ¶ Quarto. qñ agens nãle nõ determinat ex se ad vnũ vnitas rõnis: nõ determinat ex se ad certũ numeꝝ.sz stelle sunt eiusdẽ rõnis.g̃ q nõ sint plures:ab agente libero est. ¶ Ad primũ.ꝛ pbationẽ negat phs 9sequẽtiã.p3:qz aliq̃ ps celi est quadrata p designationẽ:ꝛ impossibile est totũ eẽ quadratũ. ¶ Ad scdz.negat minor.p3 apud cõem opinionẽ de pũcto:istãti:mutato eẽ:gradu forme ꝛc̃. ¶ Ad tertiũ. negat minor.[b] eẽntie eniz nõ in ordine suo eẽntialiter ordinantur:ꝛ tñ non est possibile eas aliter ordinari. ¶ Ad quartũ.supponit negatũ a philosophis.s.itelligẽtias:celũ:spẽs subaꝝ corruptibiliũ:esse pductas.tũ qz multitudo effectuũ nõ solũ ab agente est.iz.methaphy.cõmen.xi.

Quarta via. Si deus agit nãliter.ꝛ oẽ agẽs nãle pficit:aut in se:aut in simili:aut in toto ꝛc̃.[c] 9ña aũt est falsũ:qz deus est pfectissimus. ¶ Scdo.sequitur deũ necessario referri ad extra.ꝛ sic terminũ relationis necessarie eẽ 9tingentẽ. ¶ Tertio.sequitur oia necessario euenire.qz nõ mouent scdã:nisi mouẽte primo:ꝛ pmo mouẽte:alia mouẽt. ¶ Quarto.tũc deus oiũ alioꝝ effectũ causaret:qz 9tinẽs est causas.g̃ ꝛ effectus.ideo de⁹ oia pducibilia pduceret:ꝛ oia q̃ posset:ꝛ nõ dimitteret malũ in vniuerso. ¶ Quinto.si deus necessario ageret:pduceret effectũ pfectissime.p3 9ña:qz agẽs nãle agit sm vltimũ sue virtutis:qz in cuius actiõe nõ est agere:in ei⁹ actione nõ est modus agẽdi. ¶ Ad pmũ:deus agit pp se:ꝛ est pfectio ꝛ finis vltimus:ꝛ pp alia secundarie.iõ negat minor. ¶ Ad scdz:9cedit phs pmũ 9ñs.ꝛ negat scdm.ideo negat 9ña3 secũdi ex pmo.qz apud ipsũ plura necessaria sunt:neqz oẽ citra pmũ est pductũ.q̃uis oẽ citra pmũ sit causatũ. ¶ Ad tertiũ.negat 9ña:pp libertatẽ hoĩs:cuius actio dependẽtia generali 9seruat a supiorib⁹.ꝛ sic libertas 9tingentie nõ sequitur nãm itellect⁹ absolute:sz naturã itellect⁹ infime potẽtialis. ¶ Ad quartũ.phs negat 9ña3: qz causas finaliter ꝛ eminẽter 9tinet:sz nõ effectiue.ideo nõ põt deus sine cã scda ponere effectus in eẽ. ¶ Ad qntũ.nã de possibilib⁹ facit qd melius est:scdo de gñatione. textu cõmenti.58.ꝛ scdo celi.cõmento.34.ꝛ octauo physicoꝝ.cõmẽto.56.ꝛ pluries alibi.

His pretermissis ad veritatẽ reuertamur.ꝛ dicamus deũ ad extra mere libere ꝛ 9tingenter agere. Cõcedamus insup:q in deo eẽ ꝛ agere sunt idẽ:ꝛ tñ nõ si necesse est deũ eẽ:necesse est deũ agere ad extra. ¶ Dicam⁹ Tertio q licet necessitas sit melior 9ditio essendi:nõ tñ est melior 9ditio opandi ad extra. Neqz imutabilitas diuina tollit nouitatẽ in effectu:qz ab eterno determinauit deus agere nũc. Jõ 9tra phos dicamus:q ab antiq̃ volũtate põt aliqd nouũ poni in eẽ:sine mutatõe opantis:aut remotione ipedimẽti ꝛc̃. Addo insup:licet necesse sit deũ eẽ pductiuũ ad extra:nõ tñ necesse est ipsum pducere ad extra. Cõcedo etiã nullã rẽ que est deus eẽ 9tingentẽ:dimitto nãm assumptã:ꝛ tñ de deo formabiles sunt ppositiones p accñs:ꝛ 9tingẽtes:pp 9notationẽ extrinseci. Neqz pp hoc q deus multa pducibilia põt pducere, quoꝝ nullũ pducet:9cedendũ est potẽtiã diuinã frustrari:qz reduci põt:ꝛ in aliquo illius generis reducta est ad actũ. Et in hoc terminatur sententia quolibetti primi.

¶ Alexandri Achillini Bononiensis de intelligentijs. Quolibettũ Secundũ.

Ut latitudinis itellectuũ pars media euidẽtius cognoscat. De intelligẽtijs medijs duo dicã. Jntelligo intelligentias medias:que sunt infra supmã:ꝛ supra infimã intelligẽtiaꝝ. Primũ dictũ.opinio Aristotelis est itelligẽtias medias eẽ iproductas:ꝛ 9iter eternas. Scdz:veritas ad oppositũz.

Declaratur primũ quattuor vijs. Prima est via efficiẽtis. Omne agens extrahit id qd est in potẽtia ad actũ:sz in intelligẽtijs nõ est potentia extrahibilis ad actũ. Jntelligo de potẽtia distãte ab actu ꝛ de actu iformatiuo eaꝝ:aut potẽtialis:ex quo ꝛ alio fiat vna itelligẽtia.g̃ in eis nõ est agens:rõ tota est Cõmẽtatoris.iz.methaphysice cõmẽto.44. Ex hoc sequit q intelligẽtie nõ cõponunt ex eẽ ꝛ eẽntia:tãq̃ ex duob⁹ pncipijs intrinsece cõponentibus intelligẽtiã. ¶ Scdo.siue agẽs fuerit nãle siue volũtariũ:3:o3 pfuisse cãm q̃re tunc pduxit:ꝛ nũc nõ:p3 octauo physicoꝝ cõmẽto.4. ¶ Tertio.priuatio nõ recipit eẽ.ergo intelligentie non sunt:aut semp fuerũt.p3 rõ pmo celi cõmento.106.de mundo.

Secunda est via effecti. Ois suba nõ hñs verum agẽs est improducta.sz ois itellect⁹ eternus est suba nõ hñs verũ agens ꝛc̃. Secundo.ois substãtia nõ habens ex quattuor causis:nisi formalẽ:vel finalẽ: est improducta:sed ois intellectus est suba ꝛc̃.p3 maior: qz omne productũ a vero efficienti est pductũ.minores sunt Cõmentatoris quarto celi.cõmento primo.

Tertia est via modi efficiẽdi.vbi nõ est gñatio in tẽpore:ibi nõ est pductio substãtie:sed in itelligentijs nõ est generatio in tẽpore.ergo ꝛc̃.maior est Cõmentatoris tertio de anima.cõmento quinto.ꝛ.20.cõtra Theofrastum ꝛ Themistium dicentes intellectũ speculatiuum esse eternũ.ꝛ esse factum dicentis.sequitur vt nõ sit agens:neqz factum:cum agens ꝛ factu3 non intelligãtur:nisi cũ generatione in tempore:aut diceret hoc agẽs: ꝛ hoc factũ secundũ similitudinẽ.ꝛ videtur eã itelligere.

[a] ¶ Et cõfirmatiõe intelligibilis ad qud rñdet.

[b] ¶ Scilicet assumptum.

[c] ¶ Aut nũ capit eẽ i alio suppositio: vt pñ etern⁹ generãdo ꝛc.

Cōmentator octauo physicoꝝ.cōmento.46. ¶ Secundo.ois generatio ⁊ ois factio generaliter est motus vel mutatio.tertio physicoꝝ.tex.cōmēti sexti.⁊ quinto physicorum textu cōmenti septimi.omnisqꝫ motus finitus tempore finito mensuratur:⁊ ois mutatio instanti.Si ergo substantia eterna est genita:aut in tempore : aut in instanti.si primū:sed iā nō fit:sed facta est.ergo fieri precessit factū esse.ergo ipsa nō est eterna. Si secundū.ergo nō est eterna:qꝛ nullū instans fuit ab eterno:imo quodcūqꝫ instans precessit tempus. ¶ Tertio.omnis mutatio est de opposito in oppositū.primo physicoꝝ.cōmento.44.⁊ quinto physicoꝝ cōmento sexto.In ea enim nō est dubiū:nisi de pmo motu:vt tangitur octauo physicoꝝ.tex.commenti.16.ᵃ ergo nulla substantia mutata est eterna ¶ Quarto.omnē generationē pcessit alteratio.ergo nulla substantia genita est eterna.antecedens est Cōmentatoris.primo physicoꝝ.cōmento.62.⁊ aliqualiter.septo physicoꝝ cōmento.45.⁊.59.pp̄ter hec dixit Cōmētator secundo methaphysice.cōmento.7.principiū non intelligitur:nisi in re:que habet finē. ¶ Quinto non pōt intelligentia pduci:nisi creetur. Negat autē phs creationē: vt dubio primo ostendetur.

ᵃ ¶ Solutū p̄ celi.textu ⁊ cōmen.87.

**Quarta** est via durationis. Omnis substātia eterna est ingenita:omnis intelligētia est substantia eterna ⁊c̄.pꝫ maior pmo celi.textu ⁊ cōmēto.125.qꝛ eternū ⁊ ingenitū conuertunt̄. ¶ Secundo.ois substantia incorruptibilis est ingenita.ois itelligētia est substantia incorruptibilis ⁊c̄.maior est conclusio pbata primo celi.tex.cōmenti.129. ¶ Tertio.ois intelligentia:aut est genita aut ingenita.non primū.qꝛ genitū est ens:qđ ꝯuenit primū nō esse pmo celi.textu cōmenti.112.⁊ cōmento.121.⁊.134.generabile est:qđ in tempore pterito est nō ens. Nunc autē ens.⁊ secundo de generatione.tex.⁊ cōmento.51.genitū non semp est ens:neqꝫ semp non ens:sꝫ medium inter vtrūqꝫ.s.quandoqꝫ ens : ⁊ quandoqꝫ non ens.patet primo celi textu ⁊ cōmēto.128. ¶ Quarto.ois substantia:que nunc est:⁊ non verū erat prius dicere nō esse:est ingenita.sed omnis intelligētia est substantia ⁊c̄.maior patet primo celi.tex.⁊ cōmen.125.Minores autē nō sunt dubie in doctrina Aristo.ꝗuis sint false.

**Contra** phm tribus vijs arguitur. Prima est via pductiui.Cuiuslibet notitie obiectū est pductiuū.12.methaphysice textu cōmēti.37.Intellectus ab intelligibili mouet̄.sed ois intelligentia citra primā est notitia prime.qꝛ secunda seipsa cognoscit primam ⁊c̄. ¶ Secundo.eadē ratio de volitione.12.methaphysice cōmen.36.forma aie balnei inquantū est in aia est agens desideriū ⁊ motū. ¶ Tertio.due intelligētie primo celo applicant̄:vt moueant.12.methaphysice cōmento.41.ꝫ secunda capit esse vel influentiā a prima:⁊ sic est intentū: qꝛ nihil est in secūda intelligētia realiter distinctū ab ea: aut ambe attingant effectū : secūda minus principaliter ꝗ̄ prima.⁊ sic disparia mouentia:etiā nālia:in tempore equali:etiā infinito:eque velociter mouerent. ¶ Quarto.Auic.nono methaphysice.vna intelligētia est creatiua alterius:ibi enim nō eē nā precedit esse. ¶ Ad primū negat̄ maior:imo apud phm : nulla notitia in intelligentia supra possibilē intellectū est pducibilis.Ad pbationem.intelligibile mouet formaliter:nō effectiue.Contra.equocasset Cōmentator de mouere tertio de aia.Cōmen.4.Dū distinxit virtutē actiuā a passiua.qꝛ actiua mouet:⁊ passiua mouet̄. ¶ Rñō.se equocasse ostendit:cū subdit: mens aufert eas materijs.Intelligit autē Arꝫ.12.methaphysice textu cōmēti.36.Primū mouet sicut appetibile.idest mouet nō motū.pꝫ cōmēto sequenti:primū mouēs mouet primū motū ab eo:sicut mouet amatū pᵐ amātē: absqꝫ ꝙ amatū moueatur.Expositio est cōmētatoris.tertio de aia cōmento.54.Secundo negat̄ minor cuꝫ pbatione.qꝛ secūda cognoscit pmā pma:⁊ nō secunda.pꝫ dubio secundo. ¶ Ad scdm.vt ad primū. Si eniꝫ pmū efficeret desideriū sui in intelligentia inferiori:tūc intelligētia moueret mota a re extrinseca desiderata.⁊ sic aial celeste nō eēt ex vno motore:⁊ vno moto tm̄:ꝯm est ꝯtra Cōmentatorē in libro de suba orbis.distinguētē inter aialia celestia:⁊ aialia:que sunt hic:qꝛ prima cōponuntur ex vno motore tm̄:⁊ vno moto. Secunda vero : vt testatur Aristo.tertio de aia textu cōmenti.54.ex duobus motoribus ⁊ duobus motis.s.ex aia ⁊ re extrinseca mouente aiam:vt pꝫ in libro de motu cordis.pꝫ ꝯm : qꝛ desideratū per se est extra intelligentiā:⁊ mouet eam.ergo ibi est duplex mouens.s.res extrinseca desiderata:⁊ intelligētia desiderās:⁊ duplex motū.s.corpus celeste:⁊ intelligentia mota a primo pncipio.⁊ lꝫ Arꝫ.ordinet rē amatā ⁊ amātē tanq̄ duo mouentia:nō tm̄ vult quodlibet illoꝝ pprie effectiue mouere. ¶ Ad cōmēta.aia p formā balnei mouet hoiem effectiue.pꝫ tertio de aia.cōmento.49. ¶ Ad tertiū.negat̄ assumptū. Ad cōmē.Quodlibet celū due intelligentie mouent.vna effectiue:alia finaliter.12.methaphysice.cōmento.36.⁊.41.non tm̄ realiter distinguunt̄:sꝫ rōne:pꝫ vt quolib.pmo.12.methaphysice cōmento sexto.forma finis ⁊ mouens sunt vnū subo ⁊ tria rōne.⁊ subdit pncipia vtriusqꝫ scientie.s.methaphysice ⁊ nālis sunt diuersa in modo tantū:⁊ nō in esse.Si aūt esset deus finis:⁊ nō efficiens:essent finis ⁊ efficiēs due res:pꝫ supra. Sic intelligo secūdo celi textū cōmen.64.ois actio ꝯsistit in duobus.s.huiꝰ gratia:⁊ cuiꝰ gratia.i.efficiente ⁊ fine.⁊ tertio de aia.textū cōmen.54.ois motus fit p tres res.s.motore nō moto:motore moto:⁊ moto nō motore.fit igit̄ primus motus tribus:intelligētia:aia:⁊ celo:sed duo prima sunt idē re.⁊ duo rōne.Ex his sequit̄: vt quolibetto pmo: in pmo celo idē esse pᵐ motorē ⁊ vltimū finē:ita in omni celo citra primū motorē appropriatū esse finē appropriatū:vt sepe dixit Cōmētator in libro de suba orbis. ¶ Ad quartū.Auerrois in illo reprehēdit Auic.pꝫ dubio pmo.neqꝫ sufficit ꝙ nō esse nā pcedat eē.qꝛ tunc apud Aristo.mundus esset pductus:qꝛ partes eius sunt nā priores:sꝫ tēpore nō:pmo celi.cōmento.105. ¶ Scdo.qꝛ ꝯña cōmētatoris.cōmento.106.primi celi.nō valeret:si mundus est factus:ea ex quibꝰ fit sunt priora tēpore mūdo.neqꝫ inducit̄ argumētū solū ꝯtra Platonē.sꝫ ꝯtra generationē absolute.pꝫ in cōmen.ibi. ¶ Tertio.generatū ⁊ corruptum est.cuius extrema excedūtur tēpore.tertio physicoꝝ.cōmen.31.neqꝫ intelligo copulatim.sꝫ diuisiue. ¶ Quarto.potentia pcedit indiuiduū generatū scdm tps.12.methaphysice.cōmē.32.⁊.9.methaphysice cōmē.20. ¶ Quinto.scdo posterioꝝ.causa efficiens prior est gnatione suo effectu.12.methaphysice tex.⁊ cōmento.16. Sic intelligo Cōmen.pmo physi.cōmento.64.⁊.75.si priuatio forme nō pcederet in subo.nō generaret̄ ex eo:⁊ in libro de suba orbis:oēm mutationē siue in suba siue in q̄litate non esse in subo pcedit esse.Dixit.n.octauo physicoꝝ.cōmēto.4.ꝯpꝫ ꝙ subm sit prius tpe sub nō esse:deide sub esse. ¶ Ad ppositū est diffinitio elementi concessa ab antiquis primo methaphy.commen.13.s.cuius ordo est prius in esse ⁊ posterius in tempore.⁊ pmo celi.cōmento.130.impossibile est vt idē sit factū noue:⁊ semp eternū ⁊c̄.

**Secunda** est via pducibilis.Scda intelligētia est ens ꝯtingēs.ꝫ est pducta.pꝫ ꝯña.qꝛ oē ꝑproductū est necessariū.aña pbat̄ nō si scda intelligentia nō est:prima non est.ergo pōt eē ꝙ secunda nō sit ⁊c̄.

pz ꝯsequētia a negatiōe ꝯñtie ad possibilitatē copulatiue ex antecedēte ꝛ opposito ꝯñtis. pbaꝶ añcedens: qꝛ ex min⁹ impossibili nō seqtur maius ipossibile. qꝛ si sic: vbi antecedens haberet tantum vnā rōnē impossibilitatis: ꝛ consequens duas: imaginabile esset ex possibili sequi impossibile: qđ est ꝯtra Aristotelē ṗmo pⁱoꝝ. pz. remouēdo vnā rōnē impossibilitatis ab antecedēte: ꝛ vnā a ꝯsequēte. ¶ Secundo: scđa intelligētia eēntialiter depēdet a ṗma. ergo scđa est causata a ṗma. pz ꝯñā: qꝛ nō est aliđ eēntialiter depēdere q̄ꝫ causari. ¶ Tertio. si scđa intelligentia eēt necessaria: duab⁹ rōnibus necessitatis eēt necessaria. ꝯñs impossibile est: qꝛ tunc scđa intelligētia eēt necessaria p̱ aliqđ: quo sublato maneret necessaria. pz ꝯñā. qꝛ scđa intelligentia est necessaria necessitate distincta a p̊ᵃ: ꝛ necessitate ꝯueniēte ṗme: qꝛ ṗma ꝛ secūda sunt duo necessaria. ergo in vna rōne formali necessitatis ꝯueniūt: ꝛ in alis differunt. nō ꝯuenienter aūt addiꝶ numerus non plurificabili: ergo rō necessitatis est vna in duob⁹ suppositis. ¶ Quarto. scđa intelligētia sibi derelicta est nō ens. ğ pducta. pbatur antecedens: aut remoto ṗmo scđa manet: ꝛ sic nō eēntialiter depēderet scđa a ṗma: aut nō: ꝛ est intentū. ¶ Quinto. omne hñs finē hꝫ efficiēs. qꝛ finis est cuius gratia aliqđ fit: tū qꝛ in abstractis idē est finis ꝛ efficiens. sꝫ scđa hꝫ finē ꝛc̃. ¶ Ad ṗmū. negat pħs añs: ꝛ ad pbationē ēt negat añs: ppter regulā logicalē. Si alicui⁹ ꝯsequentie añs est impole: illa vꝫ. Nō enim concedo inter intelligentias prioritatē nāe: de qua octauo physicoꝝ cōmēto. 56. scꝫ cū nō fuerit primū: nō erit secūdū: ꝛ cū fuerit p̊ᵐ: nō de necessitate erit scđꝫ. ¶ Ad pbationē: per magis impole intelligiꝶ implicans formaliter ꝯdictionē: p min⁹ impole vero nō implicans ꝛc̃. lꝫ sit abusio: qꝛ maxime necessario. cuiusmodi ē deū eē: maximū ipossibile: cuiusmodi est deū nō esse: opponiꝶ. Non. n. oē rē cuius nō esse implicat ꝯdictionem est firmius esse q̄ꝫ rē: cuius nō esse nō implicat ꝯtradictionē: qꝛ cōtradictio seqtur pot⁹ modū significandi q̄ꝫ firmitatē rei significate. Cōcedo q̄ magis impossibile nō inferꝶ de forma ex minus ipossibili. quarto physicoꝝ. cōmento. 93. sed infertur: neq̄ꝫ añs aut ꝯñs in illa cōdictionali negatiua iplicat formalr cōtradictionē: cū sit pure negatiuū. ¶ Ad pbationē admisso casu: nego q̄ ex possibili seq̄tur ipossibile. Et ad pbationeꝫ: nego q̄ añs perdat suā rōnē impossibilitatis: remanente vna rōne impossibilitatis cōsequēti. qꝛ nulla illius cū veritatis est vera. qꝛ dum perdunꝶ ipossibilitates eoꝝ: perduntur eque proportionabiliter: ꝛ eque cito: sed nō eque velociter. primū igitur nō esse ipossibilitatis antecedentis est primū nō eē impossibilitatis cōsequētis: sꝫ in quolibꝫ instanti temporis mēsurantis perditionē impossibilitatuꝫ remissior erit ipossibilitas antecedētis impossibilitate cōsequētis. Sed esto q̄ vniformiter: ꝛ eque velociter perdanꝶ impossibilitates: dico q̄ per totū tēpus perditionis ipossibilitatis antecedentis huius ꝯsequētie: si secūda nō est: prima nō est: ꝛ est bona. sed in instanti terminante illud tēpus: incipit nō valere: ꝛ tunc ṗmo non valet: qꝛ nō aliūde valebat. nisi ex ipossibilitate ancedētis: que remota est. Neq̄ꝫ incōuenit cōsequentiā bonā māltem tantū imaginari desinere esse bonā. ¶ Ad secundū: cōcedit pħs secūdam intelligētiā esse causatā finaliter: sed non effectiue. ¶ Ad tertiū. q̄libet itelligētia est necessaria vna necessitate: ꝛ non duabus: apud pħm: neq̄ꝫ ratio necessitatis est illis vniuoca: sed analoga: est aūt analogum numerabile. ¶ Ad quartū. negatur consequentia: qđ. n. remanet non ens ex remotione ipossibilis remoueri non opꝫ esse productum aut producibile: cuius oppositum cōcediꝶ de re manente nō ente: ex remotiōe possibilis remoueri. ¶ Ad quintū. negaꝶ maior. ⁹qꝛ finis presuppositus opationi nō infert efficiēs opantis. vij. lz. methaphysice com. 37. pfectionū: pp̄ quas moueꝶ pfectum. quedā sunt qualitates: q̄bus pficiꝶ: qđ moueꝶ q̄dam sunt substantie extrinsece a re: que moueꝶ ad eas. vt assimileꝶ eis. vt actiones seruoꝝ. dñis aūt seruū nō efficit. ¶ Cōtra. ad minus prima intelligentia cōseruat alias. R̃ño pħi q̄ nō. Et sciendum q̄ triplex est finis. primus quē agens intēdit pducere. vt laborans sanitatē. ꝛ iste ab intelligentijs est motus: gñatio: ꝛ forma māłis. sed est secūdarius: pz scđo celi. cōmen. 17. ꝛ. 21. ꝛ. lz. metha. com. 36. Scđs est finis: quē agēs intēdit cōseruare. vt sanus. sanitatē. exercendo se. ꝛ hoc est tripliciter. aut qꝛ intendit acquirere dispōnem q̄ cōseruari possit. vt hō cibū. Scđo. qꝛ intēdit repellere nocumētū: ꝛ hoc mō corruptibilia agunt pro sui ꝯseruatione. Tertio: qꝛ intēdit operari in quo ꝯsistit eius pfectio. ꝛ hoc modo agūt intelligētie scđe pro sui cōseruatiōe: qꝛ mouēdo cōseruant se similes ṗmo: qꝛ intēdūt id qđ primū intēdit. pz lz. metha. cōmē. 36. ꝛ 2° de aīa ꝯmen. 48. ꝛ lꝫ secundarie actionē intēdant: actio tñ eaꝝ est pp̄ ipsas. vij. 2. phy. cō. 88. Dispositio entis necessarij simplr est. vt nō sit pp̄ suā actionē: sed actio eius pp̄ ipsuꝫ. Tertius est finis cui agēs intendit se assimilare. vt in bono exercitu oēs intēdūt finē ṗncipis. s. victoriā: ꝛ sic assimilari illi. ṗma aūt itelligētia nō intēdit sibi assimilari: qꝛ est idē sibi. alie aūt intendūt assimilari ṗme: ṗmo physi. cōm. 81. nō vt fiant ei eq̄les: aut eque pfecte: aut eiusdē nāe cū ea. Oia. n. hec ipossibilia sunt: sed agere intēdūt ad eādē itētionē: ad quā prima agit. Ex his igiꝶ pz q̄ nō ꝯcedit pħs primā ꝯseruare alias: sed alie quodāmō se cōseruant. ¶ Ad cōfirmationem: eadem intelligentia: que est finis: est efficiēs: sed nō omnium quorum est finis ꝛc̃.

a ¶ Ad hūc sensuꝫ q̄ ois finis sit motiuus efficiens ad pducēdū rē huiꝰ finē.

.3.

.4.

Tertia est via modi producendi. Artifex supponit ens in actu subiectū actioni eius: ꝛ nā supponit ens in potentia. ğ deus nihil presupponit. ğ pōt creare. pz prima ꝯñā: qꝛ deus est nobilius eis: ꝛ nō datur ṗus: aut imperfectius subijcibile mā ṗma. ¶ Secundo. nulla imperfectio est deo tribuēda. sed supponere subiectuꝫ actui est iperfectio: qꝛ ꝓuenit ex defectu agentis nō totaliter virtualiter cōtinētis effectum. ¶ Tertio. pōt deus aliquid immediate efficere. ğ creare: patet añs: qꝛ si nihil posset imediate: neq̄ꝫ mediate aliquid posset: ꝛ sic nihil pduceret. ꝯñā probatur: si imediate aliqđ efficit: causatus nō requirit subiectū: qꝛ si sic: nō imediate esset effectū: sꝫ mediante subiecto. ¶ Quarto: distantiā inter esse ꝛ non esse: que est īfinita: potest deus trāsire: ğ creare. ¶ Quinto ꝯpositū fit ꝛ non forma. 7° metha. com. 26. ꝛ ē eo octauo metha. tex. ꝛ cōm. 8. ğ celū motuꝫ efficitur. ergo celū efficitur. ¶ Ad primū. negatur ꝯñā: concluderet. n. scđaꝫ intelligētiā posse creare. ¶ Ad scđm. nego minorē. qꝛ agēs non posse facere aliquid ipossibile non dꝶ esse diminutio: sed dicere ipsuꝫ facere: aut posse facere aliquid ipossibile est deceptio. 8. phy. com. 4. ¶ Ad tertiū: ꝛ pbationes negat pħs ꝯsequentias. nullū. n. efficiens pter deum efficit motum diurnū: non tamen mediat mobile inter mouēs ꝛ motuꝫ: licet motui presupponatur mobile. ¶ Ad quartum negatur consequentia: qꝛ concluderet agens naturale posse creare. Secundo negatur antecedēs: quia quodlibet precise tantum distat a non esse quantum est in entitate: quodlibet autē producibile finitum est. ergo quodlibet producibile finite distat ꝛc̃. ¶ Ad quintuꝫ negatur consequentia secunda. patet in cōpositis substantialibus ꝛ materialibus. quorum subiectum est materia ꝛ eternū. neq̄ꝫ oportet q̄ cōpetens toti per se primo competat parti per se secundo. patet de proprijs passionibus ꝛc̃.

¶ Pro veritate aūt habenda dico primo ꝙ intelligētie
medie sunt create. Et ꝙ iter eas est inuenire perfectissimā:
⁊ ꝙ nō ab eterno fuerunt. Et ꝙ in īfinitū distant a pⁱma.
Secundo dico ꝙ latitudo creabiliū terminabilis est ex-
clusiue versus supra. qꝛ nulla intelligentia pōt esse ita ꝑ-
fecta: quin dabilis sit ꝑfectior. In īfinitū enim ꝑfectioris
spēi intelligentiā a. deus pōt ꝓducere: ⁊ sic pōt esse ꝙ in-
finite perfectā intelligentiam deus ꝓduxerit. qꝛ nulla est
repugnantia ex parte ꝓductiui: aut producibilis. Et esto
ꝙ infinite ꝑfectā produxisset. non sibi equale: aut maius
se in ꝑfectione ꝓduxisset. Nō enim independētū: aut im-
ꝓducibili: eq̄bile est dependens: ꝓductuꝫ: aut excessiuū:
adhuc enim alterius rōnis esset ꝓductū a producente: ⁊
nō supra producens: ⁊ sic nō infinitum ens ꝓduxisset: qꝛ
nunq̄ꝫ infinite ꝑfecta creatura eēt infinite ꝑfectū ens: ni-
si forte per vnionē. Tertio dico ꝙ infinitū ens deū ad ex-
tra ꝓducere claudit contradictionē: qꝛ aut esset ꝓductū
supra diuinitatē: aut infra: aut intra: nō primū: qꝛ non ex-
cessibile est infinitū: nō tertiū: qꝛ tunc ꝓductio nō eēt ad
extra. ergo secundū: ergo nō infinitū ens. Et si aggregatū
ex oībus deo cōpares: infinite perfectior est pars aggre-
gato. Or aūt tertio politicoꝝ dicit̄: pars nō est nata excel-
lere suū totū: veꝝ de parte q̄titatiua: tn̄ non toto aggre-
gato deus est ꝑfectior. pꝫ pⁱma pars: qꝛ aggregatū est con-
tingens: ⁊ desinens esse indigens gubernari: ad ꝯtingen-
tiā: desitionē: ⁊ indigentiā gubernationis partis: qꝛ con-
gregatum ex necessario ⁊ ꝯtingenti est contingens: pꝫ in
.15. syllogismo cōplicanti maiorē necessariā minori contingē-
ti: tū qꝛ quotlibet causis ad a. effectū cōcurrentibꝰ ex cō-
a ¶ Effectus cā liber.ᵃ cursu vnius libere ⁊c̄.ᵃ Patet secunda pars: qꝛ deus non
se excedit: neq̄ꝫ ꝯtinere hoc ⁊ aliqd̄ vltra: arguit ꝑfectio-
nē maiorē in aggregato q̄ꝫ in deo: qꝛ secūdū rē oīa in deo
eminenter continent̄: ⁊ s̄m imaginationē: nō addit̄ in lō-
gum: sed in latus: ⁊ hec est apud multos congruentia ad
infinitateꝫ dei: qꝛ per additionē finite perfectionis finite
ꝑfecto reddit̄ perfectius: ⁊ est argumentū Platonis: vt
recitat Aristoteles. io. ethicoꝝ capi. z. si per additionē bo-
ni alicui reddit̄ melius: tūc illud: cui addit̄: nō fuit per se
bonū. ¶ Contra presertim dicta in secundo dicto: primo
posterioꝝ: ⁊ quinto physicoꝝ: cōmento. z3. in essentialiter
ordinatis nō est processus in infinitū: ⁊ datis extremis nō
est ꝓcedere in infinitū in medijs: tertio physicoꝝ: cōmē-
to. 49. ¶ Secundo: nā vniuersi imꝑfectionē hꝫ remoue-
re: ⁊ spēs quaꝝ remissa est ꝑfectio existunt. ergo a fortio-
ri magis perfecte: presertim cū sint possibiles. ¶ Tertio.
ꝓcedendo ad actū nō est ire in infinitū. tertio physicoꝝ
cōmento. 60. ¶ Quarto. sequit̄ perfectionē creature esse
infinitā. ¶ Quinto. si latitudo creabiliū terminaret̄ ex-
clusiue: omnē effectū ꝓducibilē a deo possibile esset esse
ꝓducibilē a creatura: qꝛ oīs effectus ꝓductus eēt finitꝰ:
⁊ omni finito est dare finituꝫ maius ⁊c̄. ¶ Sexto. pono
ꝙ deus produxerit omnē effectū ꝓducibilē: ⁊ tūc sequū-
tur tria. Primū: ꝙ intelligentiā infinite perfectā ꝓduxis-
set. Secundo: ꝙ mundū infinitū fecisset. Tertio: ꝙ queli-
bet spēs eēt infinite perfectionis: qꝛ inumeras spēs sub se
contineret. ¶ Ad primū: essentie sunt ordinate: ⁊ nō eēn-
tialiter: qꝛ pōt esse ꝙ hoc existat demonstrata. b. intelligē-
tia minus perfecta: nō existēte hoc demonstrata. a. intelli-
gentia ꝓducta perfectiore. b. Esto tn̄ ꝙ per ꝓportionem
duplā intermedia ordinarent̄: nō contingeret dare vlti-
mā duplā: qꝛ tunc intermedia eēnt finite perfectionis: ⁊
infinite: qꝛ precise finite distans ab infinito est infinituꝫ:
⁊ precise finite distās a finito est finitū. Intermediū aūt
finito ⁊ infinito finite precise distaret ab vtroq̄ꝫ: qꝛ ꝑ du-
plam ⁊c̄. ¶ Ad scd̄m: deus est liberꝝ agens. ideo quas ꝓ-
duxit: ꝓduxit. ¶ Ad tertiū ⁊ primū: aliquando inconuenit
discordando in ꝑncipijs ab Arꝫ. ꝯcordare in conclusione
sequente ex illis: ⁊ nō ecōtra.ᵇ ¶ Ad quartū. conceditur ᵇ ¶ Id est discordā-do in prin-cipijs di-scordare i ꝯclusione.
consequēs ponendo in latitudine nō solū existentia: sꝫ po-
tentia existere. ¶ Ad quintū nego ꝯsequētiā: qꝛ itellectū
possibilē: qui est finitus: nō est possibile esse ꝓductū: nisi a
deo: qꝛ solū deus pōt creare: ⁊ dato ꝙ sic adhuc non esset
possibile ꝙ oīs effectus producibilis a deo sit ab. a. finito
ꝓductus. ¶ Ad sextū. admittitur casus. qꝛ de rigore ser-
monis est verus: ꝓpter restrictionē predicati ad tp̄s con-
notatū per verbū. neq̄ꝫ tunc seqtur aliqd̄ illoꝝ inconue-
nientiū: vt pꝫ. Sed esto ꝙ nō restringat̄ ꝓdicatū: non ad-
mitto casuꝫ: qꝛ nō est possibile potentiā diuinā esse totali-
ter exhaustā: sic ꝙ deo existēte nihil nouū possit ꝓduce-
re. pꝫ de incōpossibilibꝰ: ⁊ licet successiue ꝓducerent̄ in-
cōpossibilia: ⁊ omnē spēm deus possit ꝓducere: nō tn̄ pōt
esse: ꝙ nihil possit eē: gn illud sit: etiā gn illud sit ꝓductū.
Sed esto ꝙ admittat̄ casus: cōcederetur deū producere
solum aliquid: qd̄ prius als ꝓduxisset: ⁊ ꝙ infinitas spēs
formaꝝ aīa hoīs eminenter ꝯtineret. qꝛ īfinitas spēs aīa
hoīs imꝑfectiores deus ꝓduxisset: ⁊ ꝙ in īfinitū excede-
ret aīam hoīs aliqua intelligentia finite excedens ipsam.
Istis tn̄ similes in terminis: si eēnt de possibili: concede-
rentur extra casuꝫ. Neq̄ꝫ in casu: vel extra: seqtur: ꝙ infi-
nite perfectionis sit aīa hoīs: sed eiusdē gradus esset pre-
cise: sicut nūc. neq̄ꝫ dici pōt ꝙ nō finite perfectiōis sit ali-
qua spēs: qꝛ tunc nō esset cogitabilis nō gradus ꝑfectōis.
neq̄ꝫ vna spēs magis aut minus appropinquaret nō gra-
dui ꝑfectionis q̄ꝫ alia: eēt etiā in casu priori infinite modi-
ce ꝑfecta aliqua forma inferior aīa hoīs. Infinitis enim
partibꝰ ꝓportionalibus bipedale excedit pedale: ⁊ tamē
vtrūq̄ꝫ est finitū: ⁊ etiā infinite modice remissa est aliqua
intelligentia supra aīam hoīs: ⁊ tn̄ quelibet intelligentia
in infinitū distaret a pⁱma: a quocūq̄ꝫ enim in sursuꝫ in in-
finitū manet distantia: quātūcūq̄ꝫ s̄m eandē ꝓportioneꝫ
ascenderetur: nulla tn̄ intelligentia eēt infinite ꝑfecta: qꝛ
ea data ipsa intellectū humanū excederet: aut magis: aut
minus: aut equaliter: sicut deus: aut nec sic: nec sic: nō pri-
mū: aut secundū: qꝛ tūc entia infinita essent ꝓportionabi-
lia: ⁊ vnū eoꝝ esset maius alio: cuius oppositū dixit Cō-
men. tertio physicoꝝ cōmēto. 49. ⁊ sic aliqd̄ excederet al-
teꝝ per plus q̄ꝫ per infinitū. nō tertiū. qꝛ eque ꝑfecta eēt
creatura sicut deus: qꝛ equalē habentia ꝓportionē supra
tertiū sunt equalia inter se. nō quartū. qꝛ tunc non eēnt in
eadē latitudine: qꝛ quecūq̄ꝫ eiusdē latitudinis: aut equa-
liter distant a non gradu illius: aut inequaliter: aut vnuꝫ
finite: ⁊ reliquū infinite: tū secūdo. qꝛ illa nā eēt suprema
in illo genere. sic ꝙ deus non posset perfectiorē produce-
re: qꝛ infinitum in genere excedi non pōt in illo genere: ⁊
tunc genus intelligentiaꝝ mediaꝝ terminaret̄ inclusiue
versus deū: ⁊ sic deus eam excederet indiuisibiliter: ⁊ sic
quātūcūq̄ꝫ modicū imaginaretur illa intelligētia augeri:
imaginaret̄ attingere deū in perfectione. tū tertio s̄m ali-
quos ista intelligentia esset deus. qꝛ infinite perfectū sim-
pliciter quālibet perfectionē simpliciter includit ⁊ sic di-
uinitas est: ⁊ quālibet ꝑfectionē finitā includit: ⁊ infinito
modo nobiliori: ⁊ illi nulla perfectio deesset. neq̄ꝫ ea ma-
ior dari posset. ⁊ si esse productū: aut presupponere aliqd̄:
argueret non deitatē: tunc filius dei non esset deus. Ma-
gna est tn̄ hic dissimilitudo: qꝛ nō effectus est filius: sꝫ ge-
nitus: ⁊ effecta esset intelligentia: ⁊ non genita. Et si argu-
as. tertio physicoꝝ. cōmēto. 69. quātācūq̄ꝫ magnitudinē
cōtingit esse in potētia: tantā ꝯtingit eē in actu: ergo quā-
tācūq̄ꝫ intelligentiā contingit esse in potentia: tantā con-
tingit esse in actu. sꝫ infinite magnā intelligentiā ꝯtingit

esse in potētia.ğ infinite magnā itelligētiā ɔtingit esse in actu. ¶ Rñdeo cōcedēdo ɔsequēs.multū enī differunt. infinite magna intelligētia est: ꝛ intelligētia est infinite magna.Cōcludo igit̄ ꝙ deus fuit efficiēs aliarū ab ipso itelligentiarū:ꝛ ꝙ in infinitū perfectius nouit se ꝙ̄ alia se cognoscant:vel ipsuz:ꝛ licz inter oia finite distantia dabile sit iter equalr̄ distās:nō tamē inter ipsum deuz:ꝛ finitū: quodcunqꝫ sit illud ꝛc̄.

Sed tria oriunt̄ dubia.Primū:vtrum ponēda sit creatio.Rñdeo p̄ duo dicta.Primū.Ari.opio est ꝙ nō.Scōm. opinio eius nō est vera.Pro declaratiōe primi:dico ꝙ philosophus negaret hanc copulatiuā.deus creat.a.intelligentiam: ꝛ nullam materiam transmutat.probatur tribus vijs.

Prima est via agentis.Omni agenti subijcit̄ mā:sꝫ per te deo nō subijcit̄ ꝛc̄.maior est Cōme.p̄ phy.com̄.60.62.ꝛ.71.ꝛ in lib.de subā orbis.capite primo. Intelligo māam subijci tāꝙ̄ receptiuū transmutabile ab agente. ¶ Scđo.omne agens extrahit id qđ est in potētia ad actū:sed per te deus nō extrahit ꝛc̄.maior est Cōmēta.7° meta.com̄.28.ꝛ 12.meta.com̄.44.arguēt ɔtra Aui.ponentē vnā intelligentiā produci ab alia per creationē. ¶ Tertio.omne agens facit cōpositū transmutādo māam:sed per te deus nō facit cōpositū ꝛc̄.maior pꝫ. 12° meta.com̄.18. ¶ Quarto.oē agens est p̄ncipiū vnde motus.2° phy.tex.ꝛ com̄.29.sꝫ deus per te nō est p̄n^m ꝛc̄. ¶ Quinto.omnis potētia actiua est p̄n^m trāsmutādi alterū.5° meta.tex.com̄.17.ꝛ 9° meta.tex.com̄.2.sed per te deus nō est p̄n^m trāsmutādi ꝛc̄. ¶ Sexto.oē agens p̄supponit mobile:sed deus per te nō p̄supponit mobile.ğ ꝛc̄. maior p̄bat̄.omne mouens presupponit mobile:sed omne agēs est mouēs.3° phy.com̄.3°.ꝛ 12° meta.com̄.23.ꝛ p̄ de gn̄atione.tex.com̄.45.Istarū rōnū vis est ex auctoritate Auer.vel Ari.cū scđa parte copulatiue iferre oppositū p̄me:vel ex ambab⁹ partibus copulatiue deducere ad oppositū auctoritatū adductarū.ideo nō intēdebam Aristo.negare illā copulatiuā solū:q2 negat primā ptē.

Secunda est via actionis.Ois actio est idē passioni.3° phy.tex.com̄.18.ꝛ.22.sed per te dei op̄atio nō est idē passioni:q2 nihil ibi patit̄. ¶ Secūdo. si creatio esset:ex nihilo aliquid fieret.ɔñs est ɔtra phm. p̄mo phy.tex.com̄.33.ꝛ.34.ꝛ Cōmēta.scđo meta.com̄.15. ꝛ 8° physi.com̄.4.ꝛ p̄mo celi.com̄.149.ꝛ p̄mo de gn̄ōne. tex.ɔm̄.10.ꝛ.11. ¶ Tertio.si creatio eēt aliqd per creationē esset possibile:cōsequēs est cōtra Cōmēta.p̄mo physi. com̄.60.materia enī sublata:auferi natura possibilitatis. ¶ Quarto si generationi nihil subijceret̄:generatio eēt ex priuatione essentialr̄:ꝛ sic cōtrariū reciperet ɔriū.p̄ celi.com̄.22.ꝛ.106. ¶ Quinto.qui dicit generatuz ex non ente:cōtingit ei alterū duorū dicere.aut ꝙ est hic trāsmutatū sine trāsmutatione:aut ꝙ trāsmutatio est in p̄uatione:ꝛ hoc totū est impossibile:primo phy.com̄.71.pro prima pte cōsequentis dixit Cōmenta.7° metaphy.com̄.17. si aliqd fieret sine trāsmutatione:fieret ex nihilo.pro scđa parte cōsequētis dixit Cōmē.primo physi.com̄.75.tunc priuatio posset alterari. ¶ Sexto:nullam mutationē ad substantiā posuit Aristo.qnto physico.nisi generationez: huic autē assignauit subm̄.s.māam.p̄mo de generatione. tex.com̄.23.Tum q2 generationē vnius dixit esse alteri⁹ corruptionē.p̄mo de generatione.tex.com̄.20.ꝛc̄.

Tertia est via repugnantie:quia perit ratio Aristo. primo physico.tex.comen.62.Ad p̄bandūz materiam esse principium naturaliū. ¶ Secundo.perit ratio phylosophi.primo de generatione.textu cōmē. 12.ꝛc̄.Ad probandum materiam esse eternaz. ¶ Tertio. perit ratio philosophi.12.metaphy.tex.cōmen.10.ꝛ p̄mo physico.tex.ꝛ com̄.82.Ad p̄bandū materiā esse igenitā. Fundant̄ enī super hoc.Omni agēti aliquid subijcit̄:pꝫ ex ratione mutationis. ¶ Quarto.data creatione: dabilis etiaz esset annihilatio:quia eadem difficultas est hic: ꝛ ibi:cōsequens est cōtra phm̄ quia annihilato.a.corpore:aut esset vacuum:aut circunstantis corporis motus in instanti. ¶ Quinto.data creatione:datur via ad reditionem eiusdē in numero:qđ negatur a philosopho.scđo de generatione.tex.ꝛ cōmēto vltimo.ꝛ tangit̄ a Cōmētato. quarto metaphy.cōmē.20.

Contra quorūdā necessarioꝝ est altera causa.qnto metaphy.ca.de necessario:ꝛ 8° physi.textu cōmēti.15.laudat̄ Democritus hoc asserens:qđ nō videtur possibile:nisi per creationez. Scđo monit Aristo.ad ponēdum mouens seperatū a materia in factione virtutum intellectualiū ꝛc̄.septimo metaphy.cōmēto.31.ergo virtutes itellectuales sunt facte:ꝛ non nisi creatione ꝛc̄. ¶ Tertio.omnia entia non acquirunt esse ꝛ veritatem: nisi a prima causa.secūdo metaphy.cōmento quarto.nō acquiritur autem esse:nisi productione. ¶ Quarto.si negatur ab intelligentijs creatio:non videtur:nisi propter eternitatem earum:sed hoc non impedit:quia elementa habent verum efficiens:ꝛ sunt eterna. ¶ Quinto:Commentator in libro de substantia orbis:quedam sunt priora natura:vt agens orbes.ergo orbes sunt facti ꝛc̄.

¶ Ad primum.loquitur philosophus de conclusionib⁹ demonstrationis:ꝛ esto ꝙ de incomplexis loquatur: est fallacia consequentis arguere:horum est causa.ergo horum est efficiens.primo eniz celi.textu ꝛ commento.106. Impossibile est sempiternum esse:ꝛ esse factum.

¶ Tertio.vtrum vniuersale sit respectiuum. Respōdeo, respectiuum.per Auerroim primo metaphysice. cōmento.28. auctoritate veridicantium species sunt relatiue, ⁊ non sunt existentes per se. Item septimo metaphysice. commento.48.vniuersale est in capitulo ad aliquid. Itē 5o.metaphysice cōmento.21.scientia dicitur secunduz relationem ad scitum.est autem aliquod vniuersale scientia ⁊c. Item quinto metaphysice.cōmēto. 20. intellectus in sua substantia est relatiuus.sed non est in substātia intellecti.quia intellectus speculatiuus essentialiter refertur:sed intellectum accidentaliter.quia intellectū nō est de natura sua intellectuz:sed per aliud efficitur itellectū.

¶ Quarto.vtrum vniuersalia sint scientia rei. Respōdeo ꝙ sic.per Auerroim primo metaphysice. cōmento. 27. distinguentem comprehensionē vniuersalem a singulari. Comprehēsio vniuersalis est scientia singularis in potentia.comprehensio autem singularis nō est sciētia. Itē Auerrois in libro de beatitudine anime. intellectus speculatiuus est scientia in potentia. Item Auerrois.12.metaphysice.cōmento.51.remouet scientiam vniuersalem a deo.quia vniuersale non est nisi scientia singularis in potentia.potentia autem non est in deo.

¶ Quinto.vtrum vniuersale sit extra animam in re abstractum. Respōdeo ꝙ non.per phylosophum primo de anima.textu cōmenti.8. Uniuersale:aut nihil est: aut posterius est.quia platonicum vniuersale:aut nihil est : aut est posterius singulari sensibili.q2 si precederet singulare.ita ꝙ esset causa rei sensibilis : non posset intelligi res sensibilis:nisi nobis probatum fuisset ꝙ idea est. quemadmodum probatuz est ꝙ materia ⁊ forma est.cōsequēs est falsum:quia notum est singulare.⁊ nō idea.patet ꝯña: q2 non perfecte cognoscitur causatuz:ignorata illius causa.nō est autem idea simul cum sensibili re.quia ponitur idea icorruptibilis:sensibile vero corruptibile.ergo post est.phylosophus etiaz primo posteriorum.capite.19.Gaudeant species platonis:monstra enim sunt.quia non sunt a natura intenta: non enim moueri possunt:quia non corporee:neq3 corpori affixe:neq3 mouere:q2 abstracte sunt non formantes corpus.patet septimo metaphysice.commento.31.⁊.28.Sed ꝙ prima pars disiunctiue vera sit.pz ratione Auerrois tertio de anima.cōmēto.16.Si vniuersalia essent in re abstracta:res intelligerent. patet consequentia:quia res in se intellectionem haberent. est enim res abstracta intellectus.secūda ratio Auerrois.tertio de anima.commento.18.Si vniuersalia essent in re abstracta:non oporteret ponere intellectum agentem.pz consequentia:quia solum ad abstrahendum inuentus est intellectus agens.ex hoc patet quare Aristoteles enumerans predicamēta.tertio physicorum.textu commenti.3.⁊.17. substantiam enumerat per hoc aliquid.⁊ alia predicamēta non sic.quia plato non ponebat ideas accidentibus: sz substantys.vt igitur per substantiam non intelligerētur idee platonis:dicebat hoc aliquid:quod est nomen indiuidui.Similiter patet quare:secundo de anima.textu cōmenti.2. Aristoteles formam diffinit per esse illā qua aliquid est hoc.⁊ tunc certum est formaz non esse ideā.idez colligitur.12.metaphysice. textu commenti.14. Et si dixit phylosophus.secundo de anima.textu commenti.68. Eadem est natura cōmunis vtriq3.s.celo ⁊ aeri: intelligit ꝙ vtrumq3 est diaphanum. Saluatur etiā generationis vnitio absq3 natura cōmuni:per esse genitum eiusdē speciei vel generis propinqui cum generāte.similiter in specie athoma esse comparationem:septimo physicoꝝ. textu cōmenti.24. Conuenientia quoq3:licet sit similitudo: vel in substantia: vel opere: vel accidente:ꝯtrarietas autē disconuenientia:aut repugnantia:non requirit fundamētum aliud in re ab ipsis indiuiduis met.penes autē quid rerum perfectiones mensurentur.dixi in fine libri de intelligentys.potest enim indiuiduum perfectioris speciei essentialiter mensurare minus perfectam speciem. quātis non essentialiter mensuret indiuidua proprie speciei. Neq3 etiam propter hoc differentia numeralis est eque magna distinctio:q2 plus vel minus differunt aliqua indiuidua.possunt etiam alia indiuidua plusquam numero distingui:absq3 hoc ꝙ ponatur natura specifica extra. pz ex distinctione indiuiduorum per principia eoꝝ intrinseca. ¶ Natura etiam intendens conseruare speciem : prime intentionaliter intendit.verbi gratia. hominem:non quia cōseruet vniuersalem hominez:sed q2 cōseruat indiuidua.vt ꝙ semper sit homo aliquis vel aliqua. Et si dixeris extra animā reperitur propria passio.vt risibilitas, ergo extra animaz reperitur subiectuz:cum quo conuertitur. Respōdeo.non datur passio vniuersalis extra aīaz: sed in intellectu ipsa reperitur.⁊ ibi habet subiectuz:cum quo ꝯuertitur. Et si auerrois quarto physicoꝝ. cōmento.2.diffinitio cōmunis declarat hāc naturam cōmunē. pz ꝙ per non habēs naturaz cōmunē intelligit Auerrois equiuocū.⁊ per habēs eam:vniuocuz.⁊ p approPinquās non habenti naturam:analogum.

¶ Sexto.vtruz vniuersalia sint extra animā. Respōdeo ꝙ nō. Auerrois pmo de anima. cōmento.8. diffinitiones non sunt rerum vniuersaliū extra aīam existētiuz:sz particulariuz.Si autem essent res vniuersales extra:eorum essent diffinitiōes. Cōtra Auerrois ibi intellectus agens facit in particularibus vniuersalitatē. ergo in particularibus est vniuersalitas.ergo extra animā est. Respōdeo. nō est in eis p formalē inexistētiam.sed in eis:q2 eoꝝ est illud vniuersale. Cōtra Auer.pmo physi.cōmēto.28.genus ⁊ dña sunt entia in rei veritate:⁊ precedunt rem in esse. Respōdeo.prioritas vniuersaliū est prioritas in intellectu iuxta Auerroim.12. meta.cōmento.27.

¶ Septimo. vtrum vniuersalia substãtiarum sint substãtie. Respondeo ꝙ non: per Aristo. septimo meta. textu ⁊ cõmento. 45. ⁊. 54. qꝛ substantia cuiuslibet rei est ei ꝓpria: nullum vniuersale est ꝓprium singulari. Item cõmento 57. nulla substantia est cõe: vle est cõmune. Tertio nulla substantia est in pluribus. vniuersale est in pluribus. idẽ cõmento. 58. idem Aristo. ⁊ Auerrois. 10. meta. textu commẽti. 6. impossibile est vt aliquod vniuersalium sit substãtia: qꝛ impossibile est vt aliquid sit cõe pluribus: nisi ſm ꝙ in anima tñ. intelligo hec de vniuersali in predicãdo appropriate. ꝑpter cõmunitatem intellectus possibilis apud Auerroim. Supposito autem ꝙ vniuersale sit intẽtio. tunc vniuersale non est substantia rei. qꝛ intentiones sunt res velocis transmutationis: ⁊ nõ fixe. tertio de aĩa. cõmento. 39. Ergo nihil est fixum. Ratio est Auerrois primo meta. cõmento. 45. Item intentiões sunt qualitates anime ipsam formantes: ⁊ denominantes intelligere: si igitur essent substantie: tunc substãtia componeretur ex qualitatibus. quod est impossibile. ratio est Auerrois septimo meta. cõmento. 47. Quod si essentiam intellectum formantem consideraueris quantum ad esse reale: qđ habet in materia: tunc aliquod vniuersale est substãtia: aliquod vero accidens. forma enim ⁊ substantiali ⁊ accidẽtali formari potest intellectus possibilis. Et si dixeris ꝙ substantia non est in subiecto. Aristoteles in predicamẽtis. verum ſm suum esse reale.

¶ Octauo. vtrum vniuersalia sint forme. Respondeo cõpositum duo dicit. materiam: formam: materia non est in anima. qꝛ potentia non format. qꝛ potentia nõ est actus. Et si. 12. meta. cõmento. 14. materia non habet esse extra animam ſm hunc intellectum. quia est communis. dico ꝙ materia est in intellectu per intentionem ad placitũ ipsam significantẽ. sed non per intentionem eam naturaliter significantem. compositũ etiam non est in anima. qꝛ lapis non est in anima. tertio de anima. textu cõmẽti. 38. quia potentia ⁊ materia est pars compositi: que a se ipsa abstracta esse non potest forma igitur est in anima. ⁊ sic vniuersale est forma. Unde Auerrois septimo metaphi. cõmento. 30. Artificium non est nisi forma generati. sicut est in naturalibus. Item primo meta. cõmento. 27. ⁊ sunt forme. ⁊ loquitur de comprehensionibus vniuersalibus. ⁊. 12. meta. cõmento. 14. forma eius: qđ fit: est in anima. Forma autem equiuoce dicitur de forma vniuersali: que declarat quidditatem speciei. ⁊ de forma particulari: que est forma materie demonstrate. Auerrois septimo meta. cõmento. 35. est autem vniuersale forma declarans. Auerrois etiam septimo meta. cõmento. 37. diffinitio est intentionis vniuersalis: ⁊ forme vniuersalis: ⁊ proprie: non cõgregati ex materia ⁊ forma. ⁊ de genere ⁊ differentia. dixit septimo meta. cõmento. 43. genus est forma vniuersalis: differentia vero particularis. ⁊ quamuis de genere dixit Auerrois. cõmento. 17. primo meta. ꝙ est medium inter actum ⁊ potentiam: intelligit ꝙ est forma sub esse imperfecto.

¶ Nono. vtrum vniuersale a natura denominata differat. Respondeo. in vniuersali duo inueniuntur: materiale: ⁊ est natura translata; formale: ⁊ est esse intentionale datũ nature ab intellectu. dico natura. quia est forma. dico igitur ꝙ non re differt. sed formaliter seu ratione. ⁊ sic intelligo Auerroim primo celi. commẽto. 92. forma est subiectum vniuersalitatis: ⁊ Auerroim 5° meta. cõmẽto. 30. ꝙ genus ⁊ differẽtia accidũt forme: scđm ꝙ forma est.

¶ Decimo. vtrum vniuersale quantum est de se: non est in intellectu: nec extra. ꝙ sic videtur. qꝛ ꝙ fit extra: ab agente naturali est reducente materiam de potentia ad actũ. Et ꝙ fit intra intellectũ: ab intellectu agẽte est transferente formam de esse singulari ad esse vniuersale. Respõdeo. differentia est inter non esse de se hic. ⁊ de se non esse hic. prima est negatiua indicans naturã non trahi ad existentiam naturalem a se ipsa. ⁊ hoc est verum. secunda indicat negationem per se conuenire nature: qđ nõ est possibile. quoniam tunc ad esse hic trahi non posset: qꝛ oppositum ꝑdicati substantialis rei conuenire nõ potest. Contra. sequitur dari vnitatem prescindentem ab esse vniuersali ⁊ singulari. patet de ista natura in se considerata: que potest habere duplex esse: vniuersale: ⁊ singulare: ⁊ neutrum habet. Respondeo. differt non habere hoc esse a nõ considerari sub hoc esse. forma igitur cognita habet esse intentionale. licet non consideretur sub esse intentionali. sed consideratur vt potest sibi vtrunq; esse aduenire: ⁊ hinc sumpserunt aliqui abstractionẽ nature: qꝛ de singularitatem non includit.

¶ Undecimo. vtrum vniuersale sit corporale. Respondeo. vniuersale in actu est indiuisibile. 6° physicorum. cõmento. 59. Aristo. quoq; tertio de anima. textu cõmenti. 23. aliter non posset vniuersale formare intellectum: qui est inextensus. sed in esse naturali est extensum: ⁊ corporeum. sed per accidens: quia ad extensionem subiecti. aliter duo corpora essent simul.

¶ Duodecimo. vtrum vniuersale sit corruptibile. Respondeo ꝙ sic: quia destructis primis substantiis impossibile est aliquid aliorum remanere. Aristoteles in predicamentis. Sed illud concluderet de esse reali forme. non autem intentionali. nisi intelligeretur consequentiam negatiue a singularibus ad vniuersale valere. voluit autem Auerrois tertio de anima. cõmẽto. 5. ꝙ intellecta speculatiua essent generabilia ⁊ corruptibilia. habent enim duplex subiectum. intellectum possibilem: ⁊ hoc est eternũ: ideo ⁊ ipsa. ⁊ habent fantasmata. ⁊ in isto sunt generabilia ⁊ corruptibilia. Item ꝑmo meta. cõmẽto. 27. vniuersalia sunt per accidens corruptibilia: quia corrumpit̃ hoc vel illud singulare fantasiatũ. Et si dicatur ex. 12. meta. cõmento. 27. ⁊ 8° meta. cõmento. 14. ⁊ etiã septimo meta. cõmento. 53. vniuersale non generat: neq; generatur. intelligitur ipsum non acquirere aut perdere esse reale. qꝛ non est ens reale. vel qꝛ remanet aliquod indiuiduũ corrupto alio: presertim de genitis generatione non cessabili. Aristo. autem primo posteriorum. cõmento. 26. vniuersale est semper: ⁊ vbiq;: intelligit vniuersale non sibi determinat locum. neq; tẽpus: qꝛ eorum indiuidua in variis locis ⁊ diuersis tẽporibus existere possunt. ¶ Contra. vniuersale est igenerabile: ⁊ incorruptibile. primo posteriorum. caplo. 30. Respõdeo. concessum est consequẽs. per respectum ad intellectum possibilem: cum quo stat dictũ Auerrois. tertio de animo. cõmento. 30. vniuersalia sunt colligata cũ imaginibus ⁊ corrupta per corruptiones eorum.

Secundo principaliter cõparari possunt vniuersalia singularibus. Primo vtrum vniuersale sit in singulari: aut separatum a singulari. Respõdeo. vniuersale in potentia remotissima est in singulari: sicut pars in toto: qꝛ est forma. sed vniuersale in actu est in intellectu: ⁊ nõ in singulari. sed separatum est ab eo: qꝛ abstractum est ab eo: ⁊ repositum in intellectu possibili. est tamẽ in singulari per predicationem. per sumptionem enim superioris de inferiori regulantur syllogismus: ⁊ demonstratio. primo posteriorum. sed non per inexistentiam. dixit enim Auerrois 7° meta. cõmento. 44. in indiuiduo non est substãtia: nisi mã ⁊ forma ꝑticularis: ex qb⁹ cõponit̃.

¶ Scđo. vtrum vniuersale sit idem vel diuersum a singulari. Respõdeo. est idem ſm formam: sed diuersum ſm con-

gregatuz ex materia ꝛ forma. vt septimo meta. cōmento. zi. dixit Auerrois de quidditate hominis. Duplicem tamen habet forma existentiaz: materialez: intellectualem. prima dicitur realis: ꝛ per eam res est extra nihil. ꝛ non multiplicatur. per secundaz res non est extra nihil. multiplicantur eniz esse intentionalia. qꝛ forma in intellectu aliquando est species specialissima: aliquādo subalterna. aliquando genus generalissimuz: secundum ꝙ forma magis vel minus abstracte cōsideratur. hec tamen esse sunt finita. quemadmoduz predicamēta sunt finita. primo posterioꝝ. ꝛ scdo meta. textu cōmenti. io. Utrumqꝫ tamen esse est a prima causa: sed diuersimode. quia ab eo: vt principium vnde motus: pendet esse reale: ab eo vero vt intellectus agens pendet esse intentionale. primo tamen agēti respondet materia pro passo. secūdo vero agenti respōdet itellectus possibilis. qui est materia itelligibilis. Propter diuersitatez inter hec duo esse: de vniuersali esse sciētiaz: dicit phs primo posterioꝝ. ꝛ nō de singulari. ꝛ Auerrois primo meta. cōmento. 6. indiuidua sunt sēbilia secūdum formam: ꝛ nō secūdum materiam. quia secūdaz formaz habent esse permanēs: secūdum vero materiam esse fluxibile. ¶ Item vniuersalia sunt remota a sensu: singularia vero propinqua. primo posterioꝝ. ¶ Item vniuersalia ꝑcipiuntur intellectu: ꝛ nō singularia: ꝛ sensu singularia: ꝛ non vniuersalia. ¶ Item aliud est caro ꝛ carnis esse. tertio de anima. textu cōmenti noni. ¶ Item singularia multiplicātur: vniuersali nō multiplicato. ¶ Itē vniuersalia nō sunt per se generabilia. singularia sic. Et si non essent ista esse vnius forme: non saluaretur domuz esse ex vniuoco. qꝺ est contra phylosophū. septimo meta. textu cōmenti trigesimi. domus enim intra est sine materia: extra vero est cum materia. Et si Auerrois tertio meta. cōmēto decimo. vniuersale ꝛ singulare sunt due nature. Intellexit inter ea esse formalem distinctionem.

¶ Tertio. vtruz vniuersale sit causa singularis. Respondeo vniuersalia artificialia sunt causa efficiens regulans artificem. vt sanitas in mente medici. secundo physicoꝝ. cōmēto. 3z. ꝛ quinto meta. cōmēto scdo. ꝛ tertio. sed in naturalibus in illo esse in quo sunt abstracta per intellectū: nō sunt cause singulariuz nisi vt forme declarantes: vt secundo physicoꝝ. cōmēto. 3i. ꝛ. iz. meta. cōmento. 35. vnde Auerrois primo meta. cōmēto sexto. species est causa rerum. i. causa scientie indiuiduoꝝ. ꝛ sic intelligendus est Auerrois primo meta. cōmēto. z8. intellectuz enim vniuersale est prius secūdum causam: ꝛ tempus: eo quod est sub eo. Sed vniuersalia in potētia secundum esse: qꝺ habēt in materia: sūt cause singularium: formales: finales: ꝛ efficiētes cōseruātes indiuidua: quoꝝ sunt forme: nō tamē producūt illa.

¶ Quarto. vtrum vniuersalia declarēt quidditatem singularium. Respondeo ꝙ sic. Auerrois primo meta. commento. 45. qꝛ sunt essentia ꝛ quidditas ipsius singularis. ideo cum singularia in intellectu sint: singularium quidditas apud intellectum est. ꝛ ideo indiuidua sunt habentia quidditatem eoꝝ cognitam apud intellectum. ꝛ sic cognita sunt secundum formam eorum.

¶ Quinto. vtruz vniuersalia predicētur de singularibus. Respōdeo ꝙ sic. ex diffinitiōe vniuersalis. Nomina eniz compositoꝝ principaliter importāt formam: secundo compositaz: presertim naturalium: secundo de anima. cōmēto octauo. ideo sub significato compositi cadit forma. verificatio autem est inter signuz ꝛ signatum: ꝛ econtra. Auerrois autem nono meta. cōmēto. iz. distinguit materiam ab vniuersali. materia non predicatur de illo cuius est: nomine principali: sed denominatiuo. vniuersale autē de re ꝑdicaꝛ secūdūz qꝺ est forma. forma tamen in intellectu potest esse ratio cognoscendi partem totum: vt est ratio cognoscendi partem: non est vniuersale predicatuz de indiuiduo. in quo sensu conceditur hec. animal nō est anima. septimo metaphysice. textu cōmēti. 36. vt autem forma est ratio cognoscendi totum: sic est vniuersale predicabile de indiuiduo. vt colligitur. septimo metaphysi. cōmento. 34. forma enim predicatur per se de habente formam. secundum ꝙ declarat eius quidditatem substātialem. item cōmento. 35.

¶ Sexto. vtrum vniuersale existat: nullo singulari illius existente. Respondeo. existentia reali: non: sed existentia intentionali est possibile.

¶ Septimo. vtrum vniuersale sensibilium: cuius nullum singulare fuerit sensatum: sit in intellectu. Respōdeo nō per simplicem intentionem. Sed si propheta iudicat de non sensatis futuris: hoc est per conceptuuz pluriuz congregationem. differentem tamen a cōceptuum congregatione: qua erronee comprehenduntur impossibilia existere: qꝛ compossibilia sunt importata per cōceptus plures: qualiter non est in aggregationibus cōceptuum representantium res impossibiles.

¶ Octauo. vtrum vniuersale sit notius singulari. Respōdeo. prius notuz est singulare. quia in homine duplex est virtus cognoscens: sensitiua: intellectiua. sensitiua prius tempore operatur in. a. indiuiduo ꝙ̄ intellectiua. intellectiua enim cognitio a sensu originem ducit: sensus autem vniuersalia non cognoscit: sed singularia. ꝛ est sententia phylosophi primo posterioꝝ. ꝛ primo metaphysice. dicētis singularia esse prius nota. quia sunt propinqua sensui. Si autem respectu intellectus sumatur cognitio. tūc non prius cognoscitur vnum ꝙ̄ alterum: quia eadem cognitiōe vtruqꝫ cognoscitur. quia cognitio vniuersalis est cognitio singularis in potentia. intellectus enim ꝓpter abstractionem suam: cognitionem singularis recipere non potest: quia tūc intellectus esset sensus. Tertio de anima. cōmento. i8. Item tunc non esset differentia inter singulare ꝛ vniuersale. Si autem notius itelligiꝛ magis notū: tūc nō cōparāꝛ. qꝛ alteri° rōnis sunt noticie: ꝛ aliaꝝ vtrarū.

¶ Nono. vtrum species prius apprehendatur ꝙ̄ genus. Respōdeo ꝙ sic. cognitiōe confusa: ꝯtingenter tamē. sed non distincta. patet ex Auerroe. Tertio de aīa. textu commēti. io. qꝛ cōceptus generis extrahitur ex ꝯceptu specierum donec intellectus ascendat ad quidditatem simplicem. que est genus generalissimuz. conceptus autem entis cōmunis non est naturaliter significans: sed ad placituz. vt dixi in libro de elementis.

¶ Decimo. vtrum forme intentionales educantur de potentia materie. Respondeo non: qꝛ oīs forma educta de potentia materie motu ex ea extrahiꝛ: quia agens extrahens hꝫ in materia in quā agit dispositiōes disconuenientes forme extrahende: quas oꝫ abijcere. Intentiōes autē nō motu extrahuntur. sed in instāti est earum translatio: nullo motu precedēte. vt dixit Auerrois. scdo de anima. cōmēto. ii5. ex his elicitur ꝙ vle est in itellectu: qꝛ predicabilitas est ꝑ itellectū cōponētē ꝛ diuidētē. Tū etiā res sensibiles in se sunt in potētia: sꝫ in sensu sunt actu. proporcionabiliter res intelligibiles in se sunt in potentia: sed in intellectu sunt in actu.

Tertio cōparanꝛ vlia itellectui. Et pmo vtruz vle sit inatū itellectui possibili. Rñdeo ꝙ non: qꝛ danꝛ ab itellectu agēte. ꝛ possibile ē ꝙ ex tpe. itellect° .n. possibilis est pura potētia in gñe itelligibiliū. ꝙ̄ nullaz formā sibi determinat. Et quāuis habitis terminis itellectus nālr assentiat alicui complexo: puta per se noto.

non tamen illa incomplexa sunt naturaliter habita.

¶ Secundo. vtrum vniuersalia sint obiectū intellectus. Respōdeo. esse in itellectu est duobus modis: obiectiue: & subiectiue. subiectiue sunt intētiōes vniuersales: & q̄ ex eis componunt̄. Obiectiue est tripliciter: remotissime. & sunt entia extra aiam. remote & sunt intentiōes in medio: in sensu exteriori: & iteriori. propinque: & sunt illa que formant intellectū. primo. n. physicoꝝ Arist. textu cōmenti. 49. vniuersale s̄m rōnē notum est. singulare aūt secūdū sensum. pbat̄. rō est vniuersalis in recto: ḡ rō est vl̄is in genitiuo. pꝫ aña: q: itellectus est substantia abstracta. pꝫ ꝯña: q: modo essendi proportionat̄ modus operandi: & modo opandi obiectum. pꝫ ꝯña: q: intellectus est ipsius vniuersalis tanq̄ꝫ obiecti. Simil̄r de sensu: ipse est singularis in recto: q: est forma mālis. ḡ est singularis in genitiuo. pꝫ ꝯña ab agente singulari. operatio est singularis: & obiectū singulare. Singularium. n. sensus est p̄mo posterioꝝ. capite. 17. Esse aūt obiectiue remote in itellectu est dupliciter. vno mō hn̄s intētionem in actu in intellectu: alio mō non hn̄s: sed potēs hr̄e. primo mō solum cognita hn̄t esse obiectiuum: sed scd̄o mō cognoscibilia. Habere aūt intentiōnē in intellectu est dupliciter: propriam: hāc hn̄t p se intelligibilia: alienā. & sic intentionē hn̄t in itellectu: q̄ p accn̄s intelligunt̄. ex hoc pꝫ q̄ obiectū vl̄e in potentia presupponit̄ itellectū: sed vl̄e in actu non: q: p̄mū est intelligibile. scd̄m vero est intellectū: itellectio: & formatio. sed obiectum vl̄e in actu precedit scientiā que est habitus ꝯclōnis. & pōt cōponere ꝓpositionē p se notam.

¶ Tertio. vtrum vl̄ia in actu sint in itellectu: aut extra. Respondeo q̄ non extra. q: tūc vl̄e in illo esse: in quo eēt intra intellectum: esset extra. vl̄e. n. est: dum intelligitur: singulare vero: dum sentitur. in particulari aūt de ente & vno ph̄s & Auerrois. Ens & vnum sunt vniuersalia: que non habent esse: nisi in aia. & de vniuersalibus artificialibꝫ dixit Auerrois p̄mo meta. cōmento. 34. Nullus dicit q̄ vniuersalia coꝝ hn̄t esse extra animaꝫ. Et. 12. meta. cōmēto. 27. vl̄ia non hn̄t esse extra aiam. Cōtra. vniuersale sentit̄ scd̄o de aia. cōmento. 108. Respondeo intelligit singularia sub vl̄i contenta sentiunt̄. sensus enim est virtus singularis: cui repugnat vniuersal̄r cognoscere: sed singulariter confuse cognoscit. non enim scit sensus discernere singulare sensatū ab omni: qd̄ non est ipsuꝫ. pꝫ de ouo. iterum p̄ntato hn̄ti cognitionē eius in memoria: non discernēti: an sit id īdiuiduū: qd̄ prius. non eniꝫ idētitas est per se sensatū. Contra. natura lapidis est extra aiaꝫ: & vniuersalis. Respōdeo. nā lapidis est forma lapidis. & est extra animam in esse reali: & in illo esse non est vl̄is in actu: sed in esse intentionali vniuersali est in itellectu: & non extra. nihil autem impedit quin termini vniuersales ad placitum significatiui sint extra animam.

¶ Quarto. vtrum forma in intellectu habeat esse singulare. q̄ sic. per Auerroim 3° de anima. cōmento. 10. intellectus intelligit singulare extra. Respondeo. singularis est singularitate vniuersali nō multiplicabili: non aūt singularitate multiplicabili. Auerrois p̄mo meta. cōmēto. 40. dualitas est in re ꝓpter māꝫ: ideo imateriale non iterat̄ secundū indiuiduum. ideo intellecta non iterantur. ideo intellectum animalis nō iteratur. Auerrois aūt intelligit in hac re singulari formā: nō tn̄ in esse singulari: sed vniuersali. singulare etiā ibi intelligit̄ incōplexū. vt pꝫ in eodē tertio in multis locis. Intelligit etiam intellectus singulare remote: non propinqꝫ. Est aūt apud Auerroim intellectus vniuersalis in essendo. & hꝫ vnitatē indiuidualem eandem cum specifica. & tali esse singulari singularizatur forma in itellectu. Correlariū aliqd̄ singulare p se cognoscitur ab intellectu. s. illud cuius esse est vniuersale.

¶ Quinto. vtrum vniuersale verius habeat esse in itellectu q̄ꝫ extra. Respondeo esse naturale est distātius a primo ente: esse vero spirituale est ꝓpinquius. q̄uis sit extraneūꝫ. Est igit̄ spirituale esse pfectius. qm̄ nobilius est agēs: nobilior potētia. ergo nobilior actus. origine tn̄ prius est esse naturale: q: ab illo transumitur esse spirituale. Cōtra sequitur accidens esse nobilius substātia: q: itellectio est qualitas. Respondeo intellectio est qualitas analogice cum alijs qualitatibus: nō vniuoce. ꝯñs aūt nō sequit̄ absolute: q: oī accn̄te est aliqua substātia nobilior.

¶ Sexto. vtrum sciētia sit ipsum scitum. Respōdeo. entium alia sunt intelligibilia in actu: alia in potentia. intelligibilium in actu primū est deus: cuius scientia pfecte est ipsum scibile. scd̄a vero substantia est scientia: qua scitur secūda. sed prima substātia est: quo scd̄a scit primam. tertia est scientia sui & scitum. & scd̄a est sciētia secunde in tertia. & prima est scientia prime etiā in tertia. & sic semp sciētia est scitum. lꝫ aliquando sciens a scientia & scito differat. in libro de intelligentijs dixi. Intellectus aūt mālis cognoscit materialia: & imaterialia. Si imaterialia: aut scientia: aut sapientia appropriate. Si speculatiua scientia: tunc distinguitur scientia a scibili: q: scientie sunt noticie propositionū demōstratione cōcluse constantes ex intentionibus terminoꝝ ad placitum res significantiuꝫ. & de ista scientia dixit Auerrois 3° de anima. cōmento. 15. scientiam speculatiuam esse ipsum scitum est impossibile. Si autem sapientia proprie dicta sciantur: sic scientia est ipsum scibile: q: intellectus possibilis in se recipit: substātias intelligentiaꝝ: & eas per eaꝝ essentiam intelligit. de ista scientiali sapiētia loquens Auerrois tertio de anima cōmēto. 36. dixit. nō est aliqd scientiaꝝ speculatiuaꝝ. sed aliquid currēs cursu rei generate nāliter a disciplina sciētiaꝝ speculatiuaꝝ. & sic multiplicatis obiectis intelligibilibus multiplicantur scientie vel sapientie. Si autem de materialibus loquimur. primū est intellectus possibilis: ipse autem scitur scientia distincta ab ipso scibili: q: intellectus possibilis cognoscit se: aut intellectione nō felicitatiua. & tunc intelligit se per intellecta speculatiua: que in intellectu possibili recipiuntur: q: forma est cognitio materie: aut se intelligit intellectus possibilis intellectiōe felicitatiua. & sic per substantiā intellectus agentis intelligit se: q: tamen vnum informat aliud: ideo vniunt̄. & sic aliquo mō idētificantur. Si autem loquimur de alijs intellectis naturalibus. Hec aūt sunt composita ex materia & forma. & tunc q: intellectio est forma rei abstracta: ideo scientia a scito distinguit̄: sicut forma a cōposito: q: tamen forma est essentia & quidditas compositi dans cōposito esse nomē & diffinitionē. ideo forma est aliquo mō idem composito. & sic scientia est aliquo modo idē scito. Si aūt comparetur scientia forme. sic est ideꝫ scientia q̄ scibile: q: forma scitur p formā. Sed tamen est ibi aliqua distinctio: q: forma in esse intētionali vniuersali est sciētia: sed in esse reali est scitum remotum. sed scitum propinquum est ipsamet forma in esse vniuersali. Si aūt scientia comparetur materie: q: illa est cognita per accidens: sic scientia distinguit̄ a scito: q: forma non est materia: sꝫ est illi aliquo modo idem per inseparabilitatē in esse inter formaꝫ & ipsam. q: forma est dans esse determinatuꝫ specificum & formatum ipsi materie. & eam perficit. & sic vnum sunt. & sic est cognitio materie per formam. vt in libro de elementis dixi. materia enim celi per formam celi cognoscitur: cum perfecte cognoscitur. Si autem imperfecte cognoscatur: tunc est de ipsa sicut est de alijs inferioribus: aut superioribus cum sic cognoscunt̄. s. q̄ p

intentiones ipse ad placitum significates intelligitur. vt in libro de orbibus declaraui. Indiuidua autem suas formas habent in intellectu: que dicuntur scientie ipsorum. sed in potentia. qꝛ particularia non sciuntur nisi in potentia. vt dixit Auerrois. 12. meta. commento. 5i. quia actu scitum est vniuersale: ꝛ non singulare. quia actu scitū format animam. Si autem celestia dicantur potentia cognita. quia a nobis non cognoscantur: ſꝫ cognosci possint: tūc est potentia solum respectu nostri. non autem absolute: qꝛ ipsa in se sunt cognita. ꝛ sic patet quomodo oportet cōsiderātem de intellectu considerare aliquo modo de oībus intelligibilibus ſm certam mensuram ꝛ rationem. non tamen ꝙ alie scientie tollātur. vt arguit Aristoteles primo de partibus animalium. Scitum autem sciētia cōplexa est duplex: propinquum: ꝛ remotum. propinquum est propositio in intellectu existens: remotum vero est significabile complexe. hoc autem complexe significabile: licet oporteat ꝙ sit verum: potest tū esse ꝙ non sit. ꝛ potest esse ꝙ sit: qꝛ negatiuarum propositionū potest esse ꝙ termini non supponant pro aliquo: quāuis vere sint. vt nihil est chiᵃ. ꝛ potest esse ꝙ subiectum pro aliquo supponat. ꝛ tunc significabile complexe est aliquid. qꝛ rei importate per subiectum identificatur. est enim hominem esse animal: ipse homo: affirmatiuarum autem verarum alique sunt de terminis ampliatiuis: alique non. Si sunt de ampliatiuis verbis: aut distractis. possunt esse vere quamuis complexum significabile nihil sit. vt cesarem fuisse. Cū autem verbum non ampliatiuum non negatur: neqꝫ distrahitur. tunc si propositio est vera: complexe significabile est aliquid vel aliqua. sed ipsum est duplex: necessarium: ꝛ contingens. ꝛ necessarium duplex: per se notum: ꝛ est notum ex terminorum suorum euidenti compositiōe. non per se notum: ꝛ hoc habet causam. qꝛ veritas antecedentis est causa veritatis consequentis: vel in essendo: vel in inferendo. non enim oportet si significabile complexe certum sit incātum in noᵃ. ꝙ etiam omne sit huiꝰ. ꝛ ratio ex implicatione contradictionis nō valꝫ. s. oppositum implicat: ergo incausatum est. tertio. n. de aīa. cōmēto. 36. veritates ꝯñis demōstrabiles duplicem hñt cāꝫ: vniuersalē ꝛ principalē: ꝛ est intellectus agens: aliā vero particularē ꝛ instrumētalem: ꝛ est aña: aut eius notitia.

¶ Contra. concessa est identitas vniuersalis ad singulare Arist. scđo topicoꝝ. caplo. 22. si sensibile est scibile: sensus est scientia. ꝛ infra. si sensus non est scientia: sensibile non est scibile. Secundo concessa est identitas forme in esse reali ꝛ intentionali: sequitur opinio antiquoꝝ: quā recitat phūs scđo de aīa. textu cōmenti. 25. s. terra terrā cognoscimus: ꝛ aqua aquam. Tertio scientia est in qualitate: ꝛ scitum in substantia. 10. meta. cōmēto. 22. ergo differunt. Quarto scientia nostra causaꝉ a rebus: ergo ipsa non est ipse res. pꝫ aña: qꝛ diuina est causa rerum: nostra aūt causata est a rebus. 12. meta. cōmēto. 61. Quinto accidit oēm scientiam scibile esse. 10. meta. textu cōmenti. 21. ¶ Ad pᵐ ꝯ singatis ꝯña valꝫ supposita predicatiōe pmi modi. Inter autem sensibile ꝛ scibile non est essentialis idētitas. qꝛ sensibile est sensu perceptibile. ꝛ scibile intellectu: potentie autem differunt: ideo ꝛ obiecta formalr. ¶ Ad scđm. antiqui volebant per realeꝫ terram terrā cognosci. qđ inconueniens. non sic nos: qꝛ forma intentionali realē cognoscimus. volebant enim antiqui animā realr componi ex rebus: vt illas cognoscere posset. ¶ Ad 3ᵐ distinctio predicamentalis formalē arguit distinctionem: non realem. ¶ Ad quartū. deus causat reꝫ: ꝛ per scientiaꝫ eiꝰ est cā earum. sed nostra scientia complexa causatur ab intellectu agente: ꝛ ab antecedente. prima est causa vniuersalis: secunda particularis: pꝫ tertio de aīa. cōmento. 36. sed ex hoc non sequiꝉ quin intentio sit essentia: cuius est intentio. ¶ Ad 5ᵐ. textus phī sonat ꝙ accidit. s. possibile est omnem scientiaꝫ esse scitam. qꝛ habitam ab aliquo intelligente per eam. ꝛ tamē non omne scibile esse scitum. s. cognitum: quadratura enim circuli: si scibilis est: nondū tamen scita. in pdicamētis. caplo de relatiōe. ¶ Sed dubitatur. si cognitio est cognitum: tūc actus rectus est actus reflexus. Secundo sequitur potentiā sensitiuam esse reflexiuam: qꝛ si actus intellectus est intellectus: etiā actus visus est visus. Tertio sequitur potentiam sensitiuā esse cognoscitiuam sui. Respondeo. consequentia non sunt inconuenientia. patebit als.

FINIS

¶ Alexandri Achillini Bononiensis de Elementis.

Luminum clarissima lux: qua oēs alie veritates illustrant̄: me p vmbras māc tutum ab errore per filiū hois duchas in te ips. ¶ Tripartitur opus. ¶ In primo libro de intrinsecis elementorum principijs. ¶ In scdo de elementis. ¶ In tertio de ipsorum accidentibus differendum.

Primum dubium circa si est materie. Utrū materia existat. ¶ R̄c°. q̄ sic pro cui⁹ declaratione p̄mitto duo. p̄mū noie materie importat̄ subiectū circa qd̄ operat̄ agens transferens de vno esse in aliud. 2ᵐ noie transmutari importat̄ aliter se hr̄e nūc q̄ꝫ prius. Tunc sic. trāsmutatio est: ergo materia est. añs est p se notū. cum. n. sensibilia in eadē dispōne permanent: quiescunt. cū vero nō: trāsmutant̄ ambo vel vnum. ɔn̄a est a posteriori p̄supponēte subiectū: qd̄ est materia: q2 illō qd̄ alr̄ se hꝫ nūc q̄ꝫ prius est subm̄: circa qd̄ succedit vnū esse alteri. nō enim terminus a quo incipit mutatio est alr̄ se hn̄s: q2 in fine mutationis ipe nō est: neq̄ꝫ termin⁹ ad quē attingit mutatio est id qd̄ alr̄ se hꝫ: q2 ipse in p̄n° mutationis nō existebat. ideo subꝫ cū sub vtroq̄ꝫ termino maneat: ⁊ esse antiquū perdat: ⁊ nouū assumat: est qd̄ trāsmutat̄. Conuertibilitatē ɔn̄tis cum añte huius demonstrationis ostēdunt Aristoteles ⁊ Auerrois. p̄mo de generatione. textu ⁊ cōmento p̄mo. Necesse est posito subo esse transmutationē: ⁊ trāsmutatione posita esse subm̄. Idem scdo de gn̄one. cōmento. 6. ⁊. 46. ad sensum ɔfirmat̄ accēsa nūc primo palea: iste ignis nō prefuit: q2 alr̄ ipse nō eēt generatus: neq̄ꝫ est ipse totalr̄ nouus: quia p̄fuit in palea aliqd̄ qd̄ post extinctionē ignis remanet in cinere: ⁊ illud p̄existens post manens appellat̄ mā. harum duarū rationū vtrāq̄ꝫ pꝫ esse a posteriori: primā a passione. scdam a causato subali: Pro aperienda rōne hac p̄mitto duplicem esse trāsmutationē: substantialē: accidentalē: colligitur distictio ab Auerroe in libro de suba orbis. cap. p̄io. ⁊ p̄mo physicoꝝ. cōmento. 93. Transmutatio subalis est quā indiuiduū deferēs nomē p̄dit ⁊ diffinitionē. Accidētalis vero est quā indiuiduū deferēs nō nomē p̄dit neq̄ꝫ diffinitionē. Intelligo indiuiduū hoc sensatū per se extr̄o. vt sortes. sic. n. se exponit Auerrois in libro de suba orbis cap. p̄°. vbi gn̄a. corpus qd̄ est aer transfert̄. lꝫ. n. duob⁹ generatio attribuat̄. p̄mo physicoꝝ. textu ⁊ cōmento. 58. et p̄mo de gn̄one. textu cōmenti. 52. subto ⁊ opposito. tamē nimis occultū est subm̄: vbi sensatū nutu demonstratū est notū. colligit̄ sn̄ia ex Auerroe. 5. phisi. cōmēto. 7. in fine. Quoniā si trāsmutatio fuerit in essentia indiuidui demonstrati. s. indiuidui substātie: donec illud fiat nō indiuiduū. dicit̄ corruptio simpl̄r. quū aūt fuerit i aliquo accidente: donec fiat non illud accn̄s. dicit̄ corruptio aliqua nō corruptio simpl̄r. colligit̄ sn̄ia. p̄mo de gn̄one. textu et cōmēto. 20. primā istarū mutationū vocaui substātialeꝫ. scdam vero sub accn̄tali mutatione cōprehēdebam: que diuidēda est per eā cuius termini sunt esse ⁊ nō esse: ⁊ hec generatio est ⁊ corruptio accn̄talis. ⁊ per eā cuius termini sunt esse ⁊ eē: ⁊ hec est motus: ⁊ nō gn̄o neq̄ꝫ corruptio Intelligo nomē ⁊ diffinitionē qua indiuiduū est: non aūt qua ipm̄ est tale vel tantū. in transmutatione enim accidentali oppositum perdit nomen: q2 priuatio aut ɔ̄rium perdit̄: sed indiuiduū nō perdit nomē ⁊ diffinitioneꝫ per quā est. nō enim sequit̄. hoc desinit esse hoc albuꝫ. ergo hoc desinit esse. sorte aūt moriente: ipse desinit esse hoc ens. absit. n. q̄ ɔcedam sortē esse sorteꝫ: sorte nō existēte. siue ante illius ortū: siue post illius obitū. vt in annexo huic questioni subiūgam. ¶ Cōia aūt vtriq̄ꝫ mutationi iuxta Auerroim in libro de suba orbis. cap. p̄°. sunt hr̄e subꝫ recipiens transmutationē: q1 subalis trāsmutatio est mot⁹ regrens subm̄. tertio celi. cōmēto. 54. ⁊ silr̄ accn̄talis. p̄°. de gn̄one. cōmento p̄mo. ⁊ p̄° phisi. textu ⁊ cōmento. 60. ⁊ 63. p̄pter hoc ɔcesserunt aliqui theologi creationē nō eē transmutationē. An aūt creatio sit ponēda. dixi in libro de intelligētijs discordiam theologoꝝ a phis. ¶ Scdo nō esse p̄cedit eē rei gn̄abilis ⁊ corruptibilis: ⁊ omnino inherere: ⁊ eius qd̄ fit. sn̄ia colligit̄ ex Auerroe. p̄° physi. cōmēto. 64. Necesse est vt nō esse p̄cedat gn̄atuꝫ. ⁊ si nō: non esset generatū. intelligo p̄cedere tēpore: q2 in tēpore res fit: siue requirat̄ tēpus p̄ mensura gn̄acionis siue pro mensura alteratiōis: quā terminet generatio: ⁊ tunc opꝫ q̄ gn̄atuꝫ nō fuerit prius ante gn̄oneꝫ. ⁊ hic aduertere p̄pter resurrectionē. aliud. n. est nunq̄ꝫ prius fuisse: ⁊ aliqn̄ prius nō fuisse. particularē concedimus in resurrectione: negata vniuersali p̄pōne: quēadmodū cuꝫ p̄mo surrexit aliqs ɔcedimus q̄ ipse nō imediate ante hoc fuit. si eniꝫ esse eius qd̄ fit sit sub tēpore: qm̄ ipm̄ est eē rei generabilis ⁊ corruptibilis: que excedit̄ a tēpore. 4°. physicoꝝ. nō pōt esse q̄ nō eē illi oppositū sit añ tēpus. nō eniꝫ abstractior est negatio formal̄r accepta q̄ꝫ sua opposita affirmatio. nō est p̄tis p̄positi: an priuatio inter abstracta numeranda sit. Intelligo esse ⁊ nō eē: ad q̄ sequit̄ ɔ̄dictio: quia aliter nō esset mutatio. Intelligo q̄ negatio capi pōt pure negatiue. ⁊ sic nō est negatio terminus mutationis: q2 triplex est nō eē: necꝰioꝝ: impossibiliū: ɔtingentiū: pure āt negationi pōt aliqd nō corridere in re: quēadmoduꝫ dicit Auerrois. tertio celi. cōmēto. 55. de corpore in actu: q̄tuor elemētis posito ab antiqs esse elemēto: nō eē graue aut leue: negatione simplici: vt inde seq̄ret̄ id nō esse corpus nāle: cū careat motu. ɔ̄rio illi qd̄ Auerrois dicebat de celo: cū dixit id nō eē graue aut leue: q2 intēdebat celū hr̄e nām: de qua dr̄ nō esse graue vel leue: ⁊ sic negationi simplici pōt aliqd in re substerni. dr̄ enim de hoie nō leo simplici negatione: ⁊ certū est q̄ nō eē necessarioꝝ nō est terminus mutatiōis: q2 tūc necessariū posset aliter se hr̄e: silr̄ nō esse impossibiliū nō est termin⁹ mutatiōis: q2 tūc impossibilia eēnt possibilia: ⁊ impossibilia aliter se hr̄e essent possibilia alr̄ se hr̄e. remanet ergo q̄ solū nō eē ɔtingentiū est terminus mutatiōis. terminū intelligo p accn̄s: nō per se: necessariū tn̄ patebit in fine p̄mi huius libri. pōt esse p̄hus p̄p hanc cām dixisse. p̄mo physi. textu cōmenti. 75. q̄ ex nō ente nō per se fit aliqd. Intelligo ēt q̄ negatio capi pōt priuatiue. ⁊ tūc negatio est determinati gn̄is regrens subiectū de quo dicatur. ⁊ sic nō eē inheret subiecto: eo mō quo ɔuenire pōt priuationi q̄ mā̄c inhereat. si. n. priuatio nō esset in subiecto: oporteret vt ipa priuatio esset id in quo reciperet̄ generatio. vt tangit Auerrois. tertio celi. cōmēto. 54. dicens. si esset sic. s. q̄ eēnt elementa gn̄ata ex nō esse: contingeret vt nō esse eēt illud qd̄ gn̄atur. s. illud in quo est motus gn̄onis: ⁊ eēt hec opinio gn̄antiū corpus simpliciter. 5. phisi. ɔmēto. 53. Intelligo etiā priuationē posse general̄r accipi respectu cuiuscūq̄ꝫ qd̄ fieri pōt. ⁊ sic nō accipit̄: q2 tunc oporteret dare materiā sine forma: ⁊ tunc agens illā materiā transmutare nō posset: q2 nō extrahitur forma de potentia materie: nisi per motū: sed necessariū est ad hoc vt mot⁹ sit: q̄

mobile sit in actu: et ideo impossibile est aliquod ens generari ex moto qd est in potentia tm: verbi gratia: ex materia pma. sm q potest intelligi nuda forma: nedu; q generetur ex non esse. colligit sententia ex Auerroe. 8°. physi. cōmento. 4°. dixit enim Auerrois. pmo physi. cōmento. 75. nihil fit oino ex simplici priuatione: qm si ita eet: tūc ens inueniret per se ex priuatione. et sic priuatio posset alterari. Intelligitur igit de priuatiōe determinata rei que fit. dixit enim Auerrois. 8. physi. textu cōmenti. 62. exponens Aristotelē loquētē de oppositis. s. de esse et non esse generationē terminātibus et corruptionē: intelligo p nō esse: non nō esse simplr: sed nō eē alicuius. s. non eē huius generati: vel huius corrupti. priuatio. n. precedens eē rei est terminus generatiōis: priuatio vero sequēs eē rei est terminus corruptionis. Intelligo etiā q non esse rei que fit cōparari pōt ad formā que negatur a subiecto: et sic nō esse pcedit ipm inherere forme ipsi materie. Alio mō cōparari potest nō esse ad cōpositū qd fieri debet: et sic non esse pcedit id qd fit. ¶ Tertio. posse pcedit esse in subiecto. dīt autē possibilitas logica a nāli: qr quāuis esset sortes mortuus: adhuc possibile est q sortes sit: qr possibile necessario est possibile: alr possibile eēt q possibile esset impossibile. qd est incōueniēs. intelligo de possibili simpliciter. s. qd nō potuit neq; pōt. ideo cū ante mortem sortis possibile eēt sortē eē: infra etiā post illius obitu; possibile est sortē esse: l; post illius obitū sit apd phylosophos naturalr impossibile ipm eē: et ante illius natiuitatē erat nālr possibile. possibilitas igitur logica nō requirit subm in quo sit: sed possibilitas naturalis reqrit subiectū transmutabile in illud qd dicitur possibile. Et pter hoc. s. q oporteat potentiā esse in subiecto excludit creatio: quia actus et potentia sunt eiusdē generis. iō si naturalis potētia est in subiecto: op; formā quā respicit data potentia esse in subiecto: et sic causatā a materia: et extractā de ea: vel saltē mālem aliquo modo. Possibilitas igitur naturalis est duplex. s. materialis et subiectiua. per materialem potētiā cōparatur materia ad formas educibiles de illi' potentia. et sic formas quas sic respicit materia: causat vl causare potest: sed per potentiā subiectiuam cōparat materia ad intellectū: qr non educitur intellectus de potentia materie: sed ipse venit de foris. iuxta Aristotelē. 2°. de generatione animalium. ideo materia subijcitur: et ab eo causat: et non causat ipm materia: ideo intellectus abstrahit a materia: a quātitate: a loco etc. nō negat tn hic q materia sit subiectū formar naturaliu;. imo etiā illis subijcitur. ¶ Quarto. terminus a quo est cōtrarius termino ad quē: et cōiter termini sunt eiusdē generis: et subijcibilis et pdicabilis: siue illi termini fuerint cōtrarij cōtrietate stricte accepta: siue fuerint contrarij cōtrietate large accepta: qualis cadit inter priuationem et formā: et l; impossibile sit dari priuationē substantialem quin eā subalis forma comitetur. et sic sit formar incōpossibilitas circa idē subiectū in potētia ad esse simul in eo: potentiū in illo subito sibi inuicem succedere. nō tamē cōrie sunt iste forme: sed disperate sunt: ideo distantiā maiorē et minorem nō hūt sub genere: l; sm earū loca propria distent. ¶ Et si dixeris motū circularē nō esse de cōtrario in cōrium pmo celi. textu cōmenti. 20. aut motū aialium. 6. physi. cōmēto. 92. ¶ Rx°. motus circularis est aliquo mō de cōrio in cōriu;. s. put eo describit semicirculus: l; eo vt describit circulus cōpletus nō sit cōrius terminus a quo termino ad quē: qr idē non sibi cōriatur. In motu aūt nāli aialiu; est cōrietas terminorū positionis: vt dextri ad sinistrū: l; in eo nō sit cōtrarietas loci sursum et deorsum. Inter quātitates: lic; nō sit cōrietas sm esse earū abstractum: tā in natura contrarietatem hūt sm perfectū et imperfectū: qr earu; vna est idoneū instrumētū forme: nō actiuū tn: et reliqua nō. Si aūt generat albū ex elemētis: et nō ex cōrio colore. sufficit q ex priuatione albedinis fit generatio. ¶ Dnt aūt he due transmutationes: qr subalis subiectū est in potentia: sed accidētalis est in actu. p;. 3°. celi. cōmento. 54. et 5° physi. cōmento. 8. et pmo de generatiōe. textu et cōmento. 10. et textu cōmenti. 23. Actus. n. subalis ad quē terminat substātialis transmutatio: reqrit subiectum in potentia. Actus aūt accidentalis ad quē terminat accidētalis mutatio: requirit subiectū esse in actu subali: et in potentia ad accñs aliquod. neq; elemētor forme rupte tollunt māe esse potentiale. imo Aristoteles dicit elemēta eē i mixto in potētia. L; enim actus sic rupti tollant potentiam ad formas simplices: non tn tollūt potentiā absolute: qr remanet ibi potentia ad formas cōpositas. ideo Auerrois. pmo physi. cōmento. 82. distinguens materiā primam a scda. dixit māim scdam esse in actu: et aut mō medio iter potentiam et actū: sicut est de materia mixti qd generat ex pluribus elementis. in materia etiā ex qua generatur hō nō psupponit fuisse aīa cogitatiua in materia: dum inducit intellectus: sed simul tēpore cū inducitur intellectus: cogitatiua educit. Sed de hoc dictū est a nobis in libro de intelligentijs et in libro de orbibus. et amplius dicetur infra. ¶ Drnt scdo iste transmutationes ex pte subiecti: qr subiecto generationis ablato: aufert sub; alteratiōis: quia nō subijcitur aliqd alterationi nisi pro quāto subijcitur generationi. Auerrois pmo de generatione. cōmento p°. l;. n. gnābile et alterabile cōuertant. tn qr actus substātialis est nā prior accidentali: et subm actui subali est natura prius subiecto actui accidētali: sunt enim actus et potentia correlatiua et simul natura. pmo igit duorū correlatiuor pcedente primū de duobus correlatiuis. scdm de pmo ordine pcedit scdm secūdi ordinis. q si non: tunc scdm primi ordinis nō esset simul nā cum pmo primi ordinis. ¶ Sciendū q l; motus et mutatio per subitum et successiuum distingui possint: nō tn dīt pter hoc generaliter mutatio substātialis ab accidētali: qr in substātie mutatione subitū et successiuū reperiunt: similiter et in accidentali vtrūq; reperit. Generatio eni diuidit per simpliciter et sm qd. sm q forma generatione acqsita aut cōpositū genitū est ens simplr: vel ens sm qd. p° de gnōne. textu et cōmēto. 18. et exponit: pmo de gnōne. textu cōmēti. 20. q illud est substātia: vel accñs: vt p;. 5. physi. textu cōmenti. 7. et pmo physi. textu cōmēti. 62. Generatio aūt substātialis est duplex. simplex: et cōposita: sm q forma vl cōpositum gnōnem terminans est corpus simplex vel cōpositū: vel natura simplex vel cōposita: vt p; ex Auerroe pmo celi. cōmēto. 20. Gnō aūt simplex est duplex: cōpleta: et est qua forma incipit esse vel cōpositū. et de ista sermo est pñs: et est subita: qr est transitus inter cōdictoria et priuatiue opposita: inter que nō est mediū. pUentus. n. forme substantialis est subitus. nō negat tn quin in hac gnōne possit esse successio sm partes materie quātitatiuas: sic q vna pus formet q; alia. Alia est gnō incōpleta: et est qua forma elementaris vel corpus simplex nō incipiens esse incipit esse in tanto vel tanto gradu. et hec successiua est: et est illa qua forma elementi intendit vel remittitur. Generatio cōpleta diuidit per gnōnem simplr: et per gnōnē aliquā. Cōpleta simplr terminat ad formā pfectiorē forma rei q corrūpit per illā gnōnē. Completa vo generatio aliqua terminat ad minus pfectā formā: qr perfectius ē cōpositū recedens de esse q; cōpositū tendens in esse. p; pmo de gnōne. textu cōmēti. 20. diuidit etiā gnō p simpliciter et cōposita in alia significatiōe ab Aristotele. p°. phys.

